




Ex-Libris
PODHORCE





# Compendium Legationis Jáśnie Wielmożnego Imći Páná Staniſłáwá Małáchowſkiego, Woiewody Poznáńſkiego, od Naiáśnieyſzego KROLA Imći, y Stanow Rzeczypoſpolitey Polſkiey, ad tractandam pacem z Portą Otomáńſką Deputowánego Commiſſarzá, Plenipotenta, Poſłá extraordynaryinego Wielkiego; Łukowſkiego, Krzeczeſkiego &c. Stároſty. Zebráne przez I.Mć Paná Andrzeiá Gorkowſkiego przybránego tey Legácyi Sektetarzá.

*DEVS Optimus Maximus & Miſericors.*

Ktoremu w Troycy S. Iedynemu wieczna Cześć y Chwała.

Sub Auſpicijs Naiáśnieyſzego KROLA Imći AVGVSTA Wtorego, Szczęśliwie Nam Pánuiącego.

*Zá medyácyą Naiáśnieyſzego Wilhelma Trzećiego Krolá Imći Angielſkiego, Przenaypotężnieyſzych Stanow Generálnych złączonych Belgium Prowincyi, á przez Dźieło ſwoich Jáśnie Wielmożnych Ich Mćiow PP. Wilhelma Pagiet Bárona de Beaudeſert Angielſkiego, Jákobá Kolliger, Ordinum Generalium fœderati Belgij Commiſſarzow, Plenipotentow extraordynaryinych, Posłow Wielkich* ad hunc Actum mediationis, *między Portą y Chrześćiáńſtwem cáłym ordynowánych*; operâ & ſtudio *Iáśnie Wielmożnego wyżey wſpomniánego Imći Páná Woiewody Poznáńſkiego, Naiáśnieyſzym Páńſtwom Polſkim wiecznemi nienáruſzony czásy ſtánął pokoy w Syrmiey pod Kárlowiczámi Die 26. Menſis Ianuarij in Anno* 1699.

## R E L A C Y A.

JAko prędko doſiągłá wiádomość o reáſſumpcyey tráktatow pokoiu Chrześćiáńſtwá z Portą Otomáńſką, ták záraz *injunctum*

od Naiáśnieyſzego Krolá Imći *Nomine* cáłey Rzptey I. W. Imći Xiędzu Nominátowi Kiiowſkiemu, Ablegátowi extráordynáryinemu, *circa latus* Ceſárzá Imći w Wiedniu rezyduiącemu, áby promowował *dulcem recordationem Sacri fœderis*: iákoż *non distulit* Imść Xdz Ablegat, kiedy *punctuatim propoſuit deſiderium* Naiáśnieyſzego KROLA Imći, y cáłey Rzeczypoſpolitey.

1mo. *Deſiderat Sereniſſimus REX, Dnus Meus Clementiſſimus, ut curſus prædicti tractatûs pacis non aliter per Miniſtros mediantium Potentiarum abſolvatur, niſi prævia ſemper communi notificatione; neq; momenta rerum reſolvantur ad illos terminos, per quos punctum illud Sacri fœderis: nec pars ſine parte tractatum ineat, peſſundari videatur; quare injunctum mihi eſt, quatenus ſecuritatem ſcriptotenus à Sacra Cæſarea Regiaq; Májeſtate obtineam.*

2do. *Qvoniam ſub manu Miniſtrorum mediatricis potentiæ, pro alijs partibus ſat favorabiles concertari videntur conditiones, Srma Regia Mtas in ſummis votis habet, nè tractatus pro Polonia conditione non tantùm cruda, ſed & crudeli, in qua Cameneci demolitio ſit, abſolvatur. Teſtari enim Deum, Srmam Regiam Mttem, Dńum Meum Clementiſſimum & integrum Senatum, Nomine Reipublicæ, non modò demolitione, ſed neq; ſalua totali reſtitutione Cameneci, neq; poſſeſſione Moldaviæ, acquietandos fore &c.*

*Quo ad primum reſpondetur. Sacra Cæſarea Regiaq; Maieſtas haud alias prò ſe, quàm pro fœderatis ſuis, hactenus conditiones ſtipulata eſt, integrum illis manet in ipſo congreſſu proponere, quas temporum & præſenti rerum ſtatui judicarent eſſe accomodatas; quibus obtinendis omnem deſiderabilem rationiq; conformem operam & auxilium à S. Cæſarea Regiaq; Maieſtate Sereniſſimus Poloniarum Rex, & inclyta Reſpublica ſibi polliceri queant. Non videt S. Cæſarea Regiaq; Maieſtas cauſam datam, ob quam Serma Regia Maieſtas novam ac ſuperfluam per ſcriptum petat obligationem.*

*Intermiſſo tertio, quo ad quartum, gdźie o náznáczeniu bliżſzego tráktátowi mieyſcá agebatur, Reſp: Non videtur ſacræ Cæs: Rægiæq; Majeſtati, & Domino Veneto eam propoſitionem contra Mediatorum mentem reijciendam. Proinde omnino confidit Sacra Cæſarea Regiaq; Majeſtas fore, ut Sereniſſima Regia Majeſtas conſideratis pro ſumma ſua prudentia urgentiſſimis rerum temporumq; Circumſtantijs, hujus acceptationi loci aſſenſum ſuum præbeat, ibiqvè Plenipotentiarios ſuos ſufficienti mandato inſtructos circa decimam 5tam Menſis proximi 7bris, præſtò eſſe jubeat. Cum de ijs, qvæ comparitionis neglectu in poſterum deterius evenire poſſent, Sacra Cæſ: Regiaq; Majeſt: reſpondere non qveat.*

Więc

*promovendi arma in interiora Otthomanici Imperij. Cujus qvidem favoris & gratiæ, qvam à Majest. Vestra iterum atqve iterum expeto, eò magis certus & securus sum, qvò profundiùs devotam erga Sacr: Cæs: Reg: Majestatem Vestram Sac. Reg. Majest: D. M. Clementissimi mentem & animum inspexi, adeoq; gratam eorumdem vicem à Majest: Vestra rebus meis facilè polliceor. Qvid reliqvum est, Majest. Vestræ immortalis gloriæ fastigium, diuturnum S. R. Imperij & Regnorum subjectorum moderamen, Augustissimæ Domûs florentissima incrementa, continuam ex communi hoste triumphorum seriem, almæ deniqve pacis uirentem oleam, ex ea, qva præ cæteris in Majest: Vestram feror, animi & submissionis devotione, exoptans, Augustam eandemqve triumphalem manum Majest: Vestræ reverenter exosculor.*

*Aże przez Niedźiel dwie nie było wiádomośći z Polski, nápisał do Graffá á Phnar Generálnego w Wiedniu Pocżt Mágistrá, rekommenduiąc listy ná pocztách z Polski y do Polski idące,* de tenore tali.

## Excellentissime & Illustrissime Dne.

Qvamvis minimè dubitem, ita esse ubiqve, Postarum, per ditiones Sac: Cæs: Reg: Majestatis, literarum securitati ab Excellentia provisum; ut qvilibet instituto hoc publico Cōmercio commodè & certò frui posset. Memor tamen ante sex circiter annos, dum in simili functione tractandæ pacis cum Turca in Hungaria morarer, imputatum mihi fuisse, ex occasione deperditarum in posta literarum me concernentium, qvòd eas singulari recommendatione à die ingressus mei in Regnum hoc, Excellentiæ Vestræ non insinuaverim. Facio id in præsentiarum, cùm debita in Personam Excellentiæ Vestræ, tot meritorum plenam, observantiâ & cultu, enixè rogans, qvatenus literas meas, tam has, qvas per Viennam Cracoviam usqve, qvàm per Agriam & Tokainum, in Poloniam dirigendas, & illinc recipiendas habeo, accuratiori diligentiæ & curæ Dominorum PostMagistrorum, ne deperdantur in Postis, recommendare dignetur. Qvod, qvò magis justitiæ & æqvitati consonū est, eò faciliorem mihi ab Excellentia Vestra ejus rei successum polliceor, non defuturus Excellentiæ Vestræ in occurrentibus mandatis, cum promptis obseqvijs & non segni officio manens.

*Tym czásem powroćił I.M. Pan Stárosta Cichowski z Wiedniá, od Cesárzá I.Mći responsu nie przywiozł, tylko od Mći Xdzá No-*

*minatá Kijowskiego, przy ktorym deklarácya* suscepti pacis fundamenti, videlicet, *uti possidetis, ita possideatis, przystaná, y Plenipotentia* Supremo Ministro Excellentissimo *Kinski Dworu Wiedenskiego od Cesarzá I. Mci* ad hunc actum *dana*; qvorum seqvitur tenor.

Plenipotentia pro Comite Kinski ad certam declarationem restricta, Viennæ 23. Iunij 1698. LEOPOLDVS III. Notum testatumq; facimus tenore præsentium Vniversis, qvòd, cùm ad tractatus Pacis, Nos inter, Nostrosqve Fœderatos, ex unâ; & excelsam Portam Otthomanicam, ex alterâ, partibus, conciliandæ, per Serenis: & Potentis: Magnæ Brittaniæ Regis, ordinumqve Gnalium fœderati Belgij Legatos, mediationis causâ in Turcia existentes; via patefacta sit, Nos pro eo, ac negotium tam salutare nostra ex parte promovere cupimus, Illustri & Magnifico fideli nobis, dilecto Francisco Vdalrico Comiti Kinski, aurei velleris Eqviti, Consiliario Nostro Intimo, Camerario & Supremo Regni Nostri Bohemiæ Cancellario, plenam & amplam facultatem ac potestatem dederimus, & concesserimus, prout hiscè, animo benè deliberato damus, & concedimus, ad scribendum & sigillo suo muniendum declarationem : cui & inclytæ Reipublicæ Venetæ in aula nostra Legatus, ad hunc actum speciali mandato constitutus chyrographum apposuit, & Sigillum suum impressit; qvâqve dictis Legatis Mediatorijs datur potestas declarandi pro accepto & stabilito Nostro, & prædictæ Reipublicæ Venetæ Nomine, cum Turcis, fundamento Vniversalis Pacti, seu Regulæ : *uti possidetis*; ejusdemqve pro Fœderatis Nostris, scilicet : Serenissimis & Potentissimis, Rege & Republica Polona, nec non Caro & Magno Duce Moschoviæ utiliter stipulandæ, eo fine, & adiecta conditione, ut simul eodemqve passu similem declarationem acceptati Fundamenti prædicti, *uti possidetis*. pro Nobis Nostrisqve fœderatis Porta Otthomanica pro sua parte faciat, & tradito pariter per Plenipotentiarios suos simili declarationis instrumento, qvamprimum loco destinato ad Congressum procedatur, in qvo sub auspiciis receptæ mediationis, ejusqve Legatorum Officijs Mediatorijs, per Plenipotentiarios partium belligerantium sufficientibus Mandatis ab utrimqve instructos, de omnium & singulorum Fœderatorum rationibus, seu interesso, ut vocant, agatur, tracteturqve, promittentes in verbo Nostro Imperatorio, & Regio, qvod qvidqvid declaratione ista per prædictum Plenipotentiarium Nostrum obsignatâ continetur, id omne ratum, firmumqve

mumqve habere velimus & debeamus, harum vigore literarum Manu Nostra subscriptarum, & Sigilli Nostri Cæs: appressione munitarum; qvæ dabantur Viennæ 23. Iunij 1698.

Declaratio Plenipotentiariorum Sacræ Cæs: Majestatis & Reipublicæ Venetæ, Viennæ 23. Iunij 1698. Nos infra scripti Ministri, â Serenissimo, Potentissimo & Invictissimo Dno, Dno LEOPOLDO Romanornm Imperatore semper Augusto, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Rege, Archiduce Austriæ, Duce Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchione Moraviæ, Duce Lucemburgiæ, ac Superioris & Inferioris Silesiæ, Vitembergæ & Teckæ, Principe Sveviæ, Comite Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi & Goritiæ, Landgravio Alsatiæ, Marchione Sac: Romani Imperij, Burgoviæ, ac Superioris & Inferioris Lusatiæ, Domino Marchiæ, Sclavonicæ, Portûs Nationis & Salinarum: atqve etiam â Serenissima Venetorum Republica sufficienti authoritate, & Plenipotentiâ muniti, notum facimus omnibus & singulis, qvorum interest vel interesse potest, vigore præsentium, qvòd ubi simul & semel, eodemqve passu Porta Otthomanica sine omni limitatione, exceptione, aut etiam reservatione pro sua parte, illam, inter Imperatores Romanos eorumqve gloriosissimos Antecessores, ex una; & Turcarum Imperatores eorumqve gloriosos Antecessores ex altera parte, haud interruptâ observantiâ, receptam, & usitatam Regulam : *uti possidetis, ita porro possideatis*, pro altissimè memorata S. C. & Reg: Majest: nec non Serenissima Venetorum Republica, eorumqve Serenissimis & Potentissimis Dnis, Dnis Fœderatis, Rege scilicet & Republica Polona, atqve etiam Caro & Magno Duce Moschoviæ, edito receptorum utrimqve mediationum, Excellentissimis Dominis Legatis, simili instrumento, se acceptare & bona fide, juxta Pacta Conventa se executuram, ut prædictum, declaraverit, tum qvoqve eandem Regulam ex parte altissimè & altè præmemoratorum Nostrorum Dominorum Principalium acceptatam esse, & religiosè exeqvendam fore, ita declaramus, ut stabilito priùs per has reciprocas declarationes prædicto Pacis sanciendæ fundamento, *uti possidetis*, mox ad congressum procedatur, in qvo de executione præmentionati & ab utrimqve acceptati fundamti Pacis, *uti possidetis*, ad rationem temporis & statum rerum, qvem Dei infinita misericordia, tempore Pacis ad formam induciarum inter Augustissimum Romanorum Imperatorem & Turcarum Imperatorem pro more recepto

 recepto

recepto pertractatæ, tum esse concesserit regulanda de territorijs, limitibus, & terminis Imperiorum & Dominiorum definiendis, locorum qvorundam permutatione, demolitione, & evacuatione, omnibusqꝫ alijs, qvæ pro qvalibet convenientia, & interesse cujùsqve fœderati distincto, Paci tum sancitæ firmandæ, & perdurandæ deservire posse judicabuntur, tractare, & annuente Divinâ Clementiâ, continuantibusqve receptarum mediationum, earumqve Excellentissimorum Dominorum Legatorum Mediatoriis Officiis, per Ministros ab utrinqve sufficienti authoritate & Plenipotentiâ instructos, & Deputatos, convenire fas sit, reservantes altissimè & altè præmemoratorum Dominorum Principalium Fœderatis, Regi scilicet & Reipublicæ Polonæ, nec non Caro & Magno Duci Moschoviæ, ut vigore Iuris ex his reciprocis declarationibus sibi qvæsiti, pariqve sub Pacis sanciendœ hinc inde pro jisdem utiliter pacto & acceptato fundamento, *uti possidetis*, dicto illi congressui intervenire, atqve etiam sua cum Otthomanica Porta Pacta Pacis, uti jam Augustissimus Romanorum Imperator & Serenissima Respublica Veneta stabilire valeant, & firmare, reqvirentes receptarum mediationum Excellentissimos Dominos Legatos, ut declarationem Nostram, observatis tamen & priùs verificatis ex parte Portæ Otthomanicæ supra positis, simultanei ad hanc declarationem Processûs, & recepti similis instrumenti, Nobis ad effectum contrahendæ Dominorum Principalium obligationis, huc remittendi Circumstantijs, Portæ Otthomanicæ insinuare, atqve etiam extradere non graventur. In qvorum Omnium fidem præsentem declarationem subscriptione Manûs propriæ & appositione Nostri Sigilli Naturalis, firmavimus, & corroboravimus. Datum Viennæ 23. Iunii Anno 1698. Franciscus Comes Kinski, Carolus Resyni Eqves. ( L. S. )

*W tey tedy deklarácyey zwazywszy* essentialia, *ktoreby Interessom Polskim niosły* qvàm maxima damna, & læsionem fœderis sacri, *ktore* vetat in eum sensum : Qvod in societate illa belli offensivi, & defensivi permanentes partes, nullo modo & prætextu seorsivè, etiamsi opima, optima & maximè favorabilis alterutri illarum oblata esset, acceptare debeant pacem, nisi simul & semel in eandem utraqve pars consenserit, eandemqve acceptaverit. Et in fœdere cum Serenissimo Caro Moschoviæ num: 4. cavetur, ne una pars sine altera, nec in conferentias de tractanda Pace sine unanimi consensu, nec tractare qvidqvam nec inire audeat. *Zdáło się IMći Pánu Woiewodźie nápisáć do*

*Media-*

*Mediatorow* cum manifeſtatione, *że to* fundamentum pacis inſcio Sereniſſimo Rege & Republica noſtra *od Dworu Wiedeńſkiego przyięte, ieſt* aggravans & contrarians *Propozycyom Polſkim.* de tenore tali.

## *Excellentiſſime & Illuſtriſſime Dne, Dne & amice Colendiſſime.*

Poſtqvam in has partes, ex mandato S. R. Majeſt: Dni mei Clementiſſimi & Reipublicæ Poloniarum, ad inſtantaneam reqviſitionem Sacræ Ceſareæ Maieſtatis poſtarum me compendio contuliſſem, immineatqve Tractatus Pacis inter Fæderatam Chriſtianitatem & Portam Otthomanicam, ſub cura & moderamine Excellentiæ Veſtræ; partium mearum duxi, deferendi Excellentiæ Veſtræ eum, qvi par eſt, cultum, meqve & rem Polonam favoribus eius maturè inſinuandi. Qveri me ad hæc & proteſtari coram Excellentia Veſtra neceſſum eſt, nunqvam Sereniſſimum Regem Dominum meum Clementiſſimum & Rempublicam, ſuper acceptatum Nomine Noſtro fundamentum pacis, uti poſſidetis, conſenſiſſe; imo lædi per hoc Divinum humanumqve jus; violari Pactorum fidem ſacramento vallatam, eorumqve cardines ſubverti cum gravi doloris ſenſu Excellentiæ Veſtræ defero. Cùm enim præcipuo & fundamentali Tabularum articulo cautum & vetitum ſit, ne partes in ſocietate permanentes ullo modo & prætextu, etiam ſi opima & maximè favorabilis Pax alterutri illarum eſſet oblata, ſeorſivè Tractatum ineant; nihilominus prædictum fundamentum Pacis, qvòd ſubſtantiam totius rei comprehendit, non modò inconſultis & inſciis Nobis, ſed etiam Nomine Noſtro acceptatum eſt, ita, ut ſi, Deus avertat, præiudicioſiſſima hæc Conventio ſubſiſteret, qvid reliqvum mihi ad tractandum in Congreſſu reſtaret, niſi legem ab aliis latam accipere, & conficere tractatum, ſed alieno arbitrio confecti, neceſſitatem pati. Hoc itaqve Excellentiæ Veſtræ cum ſolenniſſima, Nomine S. Reg: Maieſtatis & Reipublicæ proteſtatione deferendum volui, orans & obteſtans Ex-Excellentiã Veſtrã, ut pro ſumma prudentia ita rem hanc moderari velit, qvatenus non breve aliqvod & fatale potiùs Chriſtianitati reſpirium, qvàm fida & ſolida pax carò nimis ematur. Nihil enim hoſti magis gratum & magis votivum accidere poteſt, qvàm, id Deus avertat, qvòd vili ſatis & modico hoc pretio labefactatum ex magna parte in ſuis ligamentis ſa-

cri fœderis nexum diſſolvat, tantusq́; ſæculorum labor breviſſimæ & infidæ Pacis lenocinio corrumpatur : ſed & ad gloriam Sereniſſimi Magnæ Britanniæ Regis, tum ipſius Excellentiæ Veſtræ, uti magni ſuæ Maieſtatis Miniſtri ſummam prudentiam pertinet, tale à ſe ſub auſpiciis tanti Principis confici opus, qvod proſit in poſterum, non obſit Chriſtianis rebus, qvod coniuratas in perniciem hoſtis Chriſtiani Nominis Gentes indiſſolubili vinculo adſtringat, non diſſolvat; qvod deniqve non temporaneam & fluxam pacem, ſed duraturam, aut ſaltem tanto ſacri fœderis munimento vallatam efficiat. Id, qvod mihi eò fiduciùs ab Excellentia Veſtra polliceor, qvò magis notam & famâ celebratam Excellentiæ Veſtræ habeo prudentiam, integritatem, candorem & æqvitatem : cuius me meaqve favoribus iterum atqve iterum recommendo.

*Ná ten liſt żadnego nie biorąc reſponſu, z ktorego mogłby był Rzeczom Polſkim* votivũ *tuſzyć* eventũ, inter ſpem & metum *zoſtáiący, oſtátnie przed ſię zábiera ſpoſoby, piſząc do Háná y Tekielego,* de tenore tali.

*Iaśnie Oświecony El Adźi Selim Giereiu, Wielkich Ord Krymſkich, y wielu innych Hánie, Moy Wielce Mśći Pánie y Przyiaćielu. Oſobliwe dowody życzliwośći y afektu Wáſzey Háńſkiey Mći, ktoryś Národowi Náſzemu Polſkiemu záwſze świádczył, dáły mi pochop odezwánia W. H. Mći z ukłonem moim, przy poważney ſpráwie Naiáśnieyſzego KROLA IMći Páná mego, y cáłey Rzeczypoſpolitey; tráktatow Pokoiu z Naiáśnieyſzą Portą Ottomáńſką : zálecáiąc to dzieło moie ſkuteczney pomocy W. H. Mśći, y proſząc Imieniem Páná mego, ábyś w tey okázyi pokazał ſie być dawnym Národu Náſzego Przyiaćielem. Cokolwiek przychylney chęći y faworu świádczyć nam w tym W. H. Mość będźieſz, upewniam, że ná záwſze wdzięczen tego Pan Moy, y cáła Rzeczpoſpolita będzie, ktory trybem Naiáśnieyſzych Anteceſſorow ſwoich w dobrey przyiáźni żyć ſobie z W. H. Mośćią życzy. Oſtátek opowie I. P. Gorkowſki Sekretarz, á liſtu tego oddawcá; ktoremu ábyś W. H. Mść we wſzytkim zupełną dał wiárę, wielce proſzę. A teraz życząc W. H. Mśći przy zdrowiu iáko naylepſzym ſczęśliwego powodzenia, zoſtáwam. w Budzie 1. Octobris. 1698.*

Celſiſſime Princeps ac Domine, Dne Colendiſſime. Qvis fuerit ſemper in Celſitudinem Veſtram Polonorum animus, ſatis etiam hac rerum tempeſtate, ubi difficillimè id demonſtrari potuit, notum & probatum eſſe Celſitudini Veſtræ puto. Fuerant, qvæ nos cum Celſitudine Veſtra non niſi ſub hoſtili conditione agere permittebant, ſed non deerant etiam pleraq́;, qvæ af-

qvæ af-

qvæ afflictæ eius ſortis & ſtatûs compaſſionem elicerent. Qvod qvantò meliùs patuiſſe Celſitudini Veſtræ non dubito, eò maiore fiducia peto, ut ſub tempus moderni cum Excelſa Porta Tractatûs Pacis, ſi qvid opis eſt in Celſitudine Veſtra, favorabilem ſe Nobis & rebus Noſtris proficuum demonſtret. Qvod uberiùs Nobilis Dominus Gorkowſki Secretarius Celſitudini Veſtræ exponet, cui ut in omnibus aurem benevolam præbere dignetur, obnixè rogo. Credere autem poteſt Celſitudo Veſtra, qvidqvid Nobis in eo caſu favoris præſtiterit, memorem horum omnium & gratam Poloniam fore. Sereniſſimus verò REX, Dominus meus Clementiſſimus, dabit prima occaſione luculenta eius rei teſtimonia; ego peculiariter intra æviternam obligationem manebo in perpetuum. Budæ. die 1ma Octobris. 1698.

*Te liſty że żadnym ſpoſobem dowieźione bydź nie mogły, áni przez Woyſká Ceſárſkie, áni przez inne Pograniczne mieyſcá; kiedy wſzędzie záleżone były Paſſy, powrociły ſię* cum reſponſo *od Xćiá Eugeniuſzá Hetmaná Wielkiego Woyſk Ceſárzá IMći*, qvorum tenor.

Excellentiſſime ac Illuſtriſſime Domine, mihi plurimùm obſervande. Pervenerunt mihi literæ, qvas Excellentia Veſtra per expeditionem duorum Nobilium, ſub 1ma currentis ad me exarare ſibi complacuit, intellexiqve, cuius, ob neceſſitatem eqvorum, qvos nullibi ad genium ſuum, qvàm in Caſtris Turcicis aptiores invenire poſſet, me reqvirere volverit; deſiderio proinde pro libitu Excellentiæ Veſtræ ego non deeſſem, ſi non obſtaret, paſſum qvoqve propter ſecurum, nec non liberum tranſitum, prædictorum ſuorum Nobilium, ex parte Turcica, vel maximè neceſſum eſſe, adeoq; demandavi Domino Commendanti Petrovaradinienſi, eò impendere ſtudium, ut qvàm primum exigentia præmentionati paſſûs obtineatur, nil magis exoptans, qvàm freqventes conſeqvi occaſiones, qvibus Excellentiæ Veſtræ demonſtrare poſſim animum, & ſervitiorum meorum promptitudinem, cordicitus permanens. Ex Caſtris prope Sablia poſitis. 7. Octobris 1698.

*Nim ná ten liſt, ktory* ad Gubernatorem Poſtarum *piſány był* in matetia *niedochodzących liſtow, przyſzedł reſpons, poprzedził liſt od IMći Xdzá Nominatá Kijowſkiego; w ktorym czyni* mentionem *odeſłánych przeſzłą频 pocztą liſtow z Polſki*, & Pactorum *z liſtu Posłá Angielſkiego* excerptorũ *: że tedy z tego liſtu* apparuit evidens interceptio, *záraz piſze* itidem *do Graffá Aphnar.*

## *Excellentiſſime ac Illuſtriſſime Domine, Dne & amice Obſervandiſſime.*

Præteritâ Poſtâ, veluti fatidico metu impulſus ſupplicavi Excellentiæ Veſtræ, qvatenus literas, tam ad me ex Polonia, qvàm hinc in Poloniam à me communicantes, peculiari & accuratiori diligentiæ Dominorum PoſtMagiſtrorum recommendare dignaretur: fato ſcilicet meo edoctus, dum hîc in ſimili Reip. Miniſterio exiſterē, impegiſſe illos in errorem perditarum me cōcernentium literarum. Nunc iam mihi idem accidiſſe cum gravi non modò meâ, ſed totius Reipublicæ iniuriâ apud Excellentiam Veſtrã qveror. Scribit enim mihi Illuſtriſſimus Dominus Ablegatus S. R. Maieſtatis D. M. C. dediſſe ad me non modò proprias, ſed ex Polonia qvoqve annexas literas, & qvædam alia adiuncta, qvæ ad manus meas neqvaqvam pervenerunt: unde palàm eſt tractari me hîc eo modo, non tanqvam Legatum fœderati & Amici Principis, ſed tanqvam ſuſpectum aliqvem emiſſarium, ac ſi hoſtilia contra Regnum hoc, & non carum Reipublicæ negotium agitarem. Qvorſum hæc, Deus bone, diffidentia & præſumptio contra amicam Gentem? qvæ tantisper nulla alia, quàm optimæ & ſinceræ amicitiæ tot diſpendiis dedit argumenta, datqve etiam nunc qvotidie. Dubitare non poſſum, fieri hæc extra ſcitum & voluntatem Excellentiæ Veſtræ, tantumq; nefas omnino averſari, idcirco eò fiduciùs peto ab Excellentia Veſtra, qvatenus rem ex Dominis Poſtarum Magiſtris indagare, & in tantum auſum, qvi publicam fidem, qvi ius Gentium, ac deniqve obſervatam hucuſqve inter Nos ſacroſanctè amicitiam æterno vinculo adſtrictam lædit & tollit, ſeveriùs animadvertere velit: facilis enim horum omnium inter Vienenſem & Budenſem, Poſtarum Magiſtros dabitur indagatio. Recommendo me iterum favoribus Excellentiæ Veſtræ, manens;

Intra qvod temporis ſpatium Bágáze *Ceſárſkich Posłow 5. & 6tâ Octobris przepłynęły ná Czáykách mimo Budę, zá temi* ſeptimâ eiuſdem *Moſkiewſki Poſeł* in Perſona itidem *wodą nádćiągnął do Budy, ktoremu nieodwłocznie przy oddániu wizyty od Cárá I Mći oddał Rámotę I. Mść Pan Woiewodá : miał z nim konferencyą godzinę dobrą,* inſinuando, *áby iáko Pacta wiecznego Pokoiu zniemi* ſonant, *ták* conformiter *w káżdym Punkćie záchowáne były : nayoſobliwiey iednák* circa tractandam Pacem; *opowiádał, że to ieſt nierozdzielny intereſ Polſki z intereſſem Pánſtw Cárá I. Mći. Więc*

*potrzebá*

*potrzebá go iednostáynie promowowáć, ile kiedy ieszcze Fundament Pokoiu zá Nas, bez Nas* in præiudicium *przyięty. Assekurował I. Mśći Páná Woiewodę Pan Poseł, że we wszytkim znośic się będzie,* & uno ore, uno spiritu *mowić y czynić zechce,* vicissim præiudicare *niedáiąc. Tegoż dniá ledwie nie drugiey godziny rewizytował I. Mći Paná Woiewodę,* omnia qvoqve approbando, *oczym przedtym mowili.* Post expedita Ceremonialia *rozszedłszy się, káżdy* ad locum subsistētiæ scriptotenus declaratū, *to iest do Peterwárádynu zábierał się; iákoż* eadem die *po expedyowáney poczcie I. Mść Pan Woiewodá ruszył się Dunáiem ná Czáykách z wielkim swoim niewczásem, wytrzymuiąc* Cæli intemperiem, ventorumqve plagas; *á ták stánął* die 16. eiusdem *po południu w Peterwárádynie, ná ktorego przyiazd cokolwiek Forteca ármat miáłá, po trzykroć rázy wystrzelono; támże záraz obesłáli się komplementem z Posłem Moskiewskim. Tegoż momentu I. Mść Pan Generał Neem, Commendánt támteyszego mieyscá z Sekretarzem Mediátorá Angielskiego powracáiącym od Posłow Cesárskich powitáli I. Mći. Paná Woiewodę, z ktoremi gdy się wdał w rzecz, wyrozumiał, iż Ich-Mść P.P. Posłowie Cesárscy z Posłem Weneckim ná ląd bliższy pod Futákiem mil pułtory od Peterwárádynu wyśiedli, sposobnieyszey prywátni wygadzáiąc z Medyátorámi przez Sekretarzow y Generáłá Nemá Correspondencyey. A gdy się to zá przykre zdáło I. Mśći Pánu Woiewodzie, przy zwyczáynym przezemnie obesłániu kōplementē,* iniunxit *dotchnąć że ná náznáczonym przez deklárácyą Dworu Wiedeńskiego, gdzie* omnium *powinien był być* confluxus & unanimis circa res Christianas accuratio, *stánął mieyscu, záś Ich Mść, P P. Cesárscy z Weneckim PP.* tam legi positivæ sacri fœderis, qvàm expressæ ordinationi *Cesárzá I. Mći* renitentes, in loco excogitato *rozgośćiwszy się, drugim* tanqvam Personis vagis, nullo charactere munitis, dant leges & ordinem formant. *Ná co* directè *nieodpowiedziáno nic, komplement zá komplement: nam prawdá przyniosłá* odium, *támtym* iniustitia ruborem. *Snádno było z początkow negocyácyi wrożyć, snádno z pierwszego Kolligátow weyzrzenia rozumieć, że ich przyiaźń* vanam spem *niosłá* iuvaminis. *Zábrał się I. Mść Pan Woiewodá* secundariò *do Ich-Mśćiow Pánow Medyátorow* cum plenissima & sufficienti informatione de statu *Rzeczy Polskich,* iterum, atqve iterum contra fundamentum pacis *mánifestuiąc się.*

## *Ad Legatos Angliæ & Hollandiæ litera conformis.*

Excellentissime & Illustrissime Domine. Exqvò huc



cum man-

cum mandatis S. R. Maiestatis D. M. C. & Reipublicæ Poloniarum ad conficiendum simultaneæ Pacis cum Porta Otthomanica tractatum appuli, intermittere nolui, qvin meorum obseqviorum promptitudinem Excellentiæ Vestræ testarer, imminenteqve eodem desideratæ pacis tractatu favores & propensam in res Polonas voluntatem Excellentiæ Vestræ implorarē. Est enim, qvod me Gentemq; meam gravi curâ exerceat, qvæ tametsi de sacro fædere præ cæteris optimè meruit, nihilominus non modò insciis & postpositis Nobis, verùm etiam novum acceptatum fuisse tale fundamentum pacis qveritur; qvod totam Tractatûs substantiam involvit, qvod neqvè à Nobis suscipi nisi cum enormi læsione Reipublicæ & iacturâ, neqve à qvopiam Non modò Nostro, sed proprio etiam Nomine citra scitum Nostrum declarari, uti cum gravissima Pactorum convulsione potuit. Idq; est, quod Excellentiæ Vestræ cum summa animi amaritudine defero, manens.

*Kiedy złość ludzka* invida Nostræ sortis *pilne około interessow Polskich zważyłá stáránie, iákoż bárdźiey zábieżyć mogłá, tylko tych* qvorum mediatio suscepta *zniechęcić, proponuiąc Mediátorom, iż to te mánifestácye Posłá Polskiego czynią zámach zepsowánia Tráktatow*, tanti sudoris *dźiełá*! *Perswázya lubo zła, iednák maiąca farbę, przywiodłá nie tylko do skrytey záwźiętośći Mediátorow, ále też* ad extremā impositiem *że zá powtorną reqvizycyą niedáli przynámniey słownego responsu. A kiedy iuż nie było sposobu inszego, tylko* iuncto consilio & operâ *trzymáćby się z Posłem Moskiewskim náleżáło*, non defuit dolus, *bo ieszcze w Wiedniu przyznawszy* Caream Majestatem Duci Moschoviæ, *nákręćili zegárek*, ut disputet præcedentiam. *Były przestrogi* hac de re *I. Mći Xdzá Nominatá Kijowskiego, ále I. Mść Pan Woiewodá nietusząc, aby rzecz niesłychána, niepraktykowána, áni práwa, áni słusznośći nie meiąca fundámentu*, oriri *mogłá*; *mniey* consideravit, *przecieś* invigilando rebus, *posłał do Ich-Mććiow Pánow Posłow Cesárskich, áby* dismensurationem *mieyscá*, positionem Castrorum, ordinem & methodum *lokowánia się w Kárlowiczách kommunikowáli* : responsum, *że dádzą znáć, kiedy tego czás będzie*. Interea *przestrzegli Posłá Moskiewskiego áby w przod* in locum designatum *iáchał*, & pro libitu possessionem capiat. *I. Mść Pan Woiewodá wiádomośći wygląda, á tym czásem Poseł Moskiewski* properavit ad metā; tandem *Nas też obwieszczono. Wyprawił záraz I. Mść Pan Woiewodá człeká swego znáiącego się dobrze*, qvis aptior honori locus, *ze dwiemá Obywatelámi támteyszemi, dla záprowádzenia ná mieysce, ten* posita in qvadratum Castra *zá-*

*stawszy*

*ſtawſzy*, ex oppoſito *Ceſárſkich zábrał mieyſce, u Porucznika Woyſká Ceſárſkiego, ktory z ludźmi* in aſſiſtentiam *Posłowi Náſzemu był Kommenderowány támże: wziął kilku żołdatow*, poſuitqve circa poſſeſſum locum vigilias, *á tak nieſpodziewáiąc ſię żádnego* impedimentu *bacząc Moſkiewſkie rozbite Namioty*, cum denuntiatione *do Peterwarádynu powrocił. Po uczynioney od niego relácyey I. Mość Pan Woiewodá* cum comitatu *popłynął Dunáiem, á tenże człek zábrawſzy* qvæqve cõmoda ad locum *powracał* poſſeſſum, *gdzie* inopinatam *záſtáie* mutationem, *kiedy Poſeł Moſkiewſki przeſtrzeżony*, qvis dignior locus, *zepchnąwſzy ludzi* circa poſſeſſionem *będących, ſwoie Namioty przeſtáwić roſkazał. Począł był przeczyć temu oſádzony ſzylwách, y ten z ludźmi Officyer niepozwaláć, ále kiedy dáno ordináns*, ne dirimat litem, *ſuperſedował. W tym czáśie ſtánąwſzy u lądu, wſtępuie I. Mść Pan Woiewodá* in terram parturientem Pacem, *áż* occurrit *támże człek iego, wypráwiony przedtym dla rozſtáwienia Namiotow, donoſząc, iż ieſt od Posłá Moſkiewſkiego* de loco turbatus. *Wzięło ſerce odważnego Paná, wſzczęłá ſię* in comitatu *Rycerſka ochotá, ále że bárdźiey* motos præſtabat componere fluctus, *ániżeli* impetuosè frivolam in contrarium *ná potym ſobie zrobić* actionem, *ile kiedy* nec viribus par, nec honori æmulus; *á ták zápalone* ingenti furore *ſerce* placavit judicium. *Zdáło ſię bárdźiey dawſzy Posłowi Moſkiewſkiemu Pokoy*, redire ad fontem, *uſkarzáiąc ſię IchMśćiom PP. Posłom Ceſárſkim ná Officyerá, że ſzylwachowi* recedere *kazał, pozwaláiąc* occupare locum. *Przed temiż mánifeſtował ſię przezemnie* ſolenniſſimè de illata tam gravi violentia *od Posłá Moſkiewſkiego*, & enormi læſione *honoru Paná ſwego*, cocum admiratione *Ich-Mość PP. Posłowie Ceſárſcy przyieli, áni chwaląc áni ganiąc* temerariũ auſum. *Dobroć záś Boſka, ktora ludzkie zwykłá* protegere *krzywdy, ſprawiłá, że Turcy nazáiutrz napárłſzy ſię mieyſcá tego* cum ſumma expoſtulatione *przez Medyátorow, áby to mieyſce, ná ktorym lokowáni* Plenipotentiarij *byli, dla nich odſtąpione było*, urgebant; *dla ktorych ſtáć ſię muśiáło, y zemkneli ſie* Plenipotentiarij *wſzyſcy ku Peterwarádynu. Ná ten czás* in ſatisfactionem *przysłáli IchMość Pánowie Posłowie Ceſárſcy Graffá Marſylego* Conſiliarium Legationi adjunctum *deklárując áby* primus in ſecundis Caſtris *obierał ſobie I. Mść Pan Woiewodá mieyſce* : ſtetit *ná tym, tegoż momentu práwie dla odebránia mieyſcá wypráwiony człek* iterum ex oppoſito *Namiotow Ceſárſkich*, cum conſenſu *tego, co mieyſcá rozdawał, bierze* poſſeſſionem, *nie ſpodziewa ſię trudnośći, áby iáka* emanare *miáłá : poniewaſz* ex declaratione in ſatisfactionem *przeſzłey krzywdy doſtáie ſie odbieráć mieyſce, wraca po Námioty*, interim

*náſtąpiwſzy proſto z Woyſkiem IchMość PP. Posłowie Ceſárſcy też dáne deklárowáne mieyſce Posłowi Weneckiemu* deſignant *ſámi perſonaliter,* nullo habito reſpectu poſſeſſionis *mieyſcá tego od Náſzego Posła*: *Iuż tedy* res patuit *iáwniey, że y przeſzłe y powtornie álterkácye,* non errore, ſed ſummâ in honorem Gentis Noſtræ ſævitiâ ex conſulto *działy ſię. I. Mość Pan Woiewodá* armis & ſupremæ potentiæ oppoſuit codices, juraqve Gentium, *po trzykroć rázy mánifeſtuiąc ſię przed Bogiem, y cáłym świátem, iż* non hæc mæruit *Oyczyzná Naſzá,* qvæ inſerviendo aliis, *zniſzczona;* non hæc Principum ſudor, *y ták śiłá rozlaney krwie Szláchty Polſkiey,* circa eliberationem *cudzego kráiu; y więcey, co żal* & triſtis conſternatio *przyniosła, wyráźił. Po tey tedy ták ſolenney mánifeſtácyi zápárli ſie IchMść Pánowie Posłowie Ceſárſcy wſzytkiego,* aſſerendo, *że áni Graff Marſyli od nich tego niemiał* in commiſſis, *áni wiedźieli, iż by to mieyſce ná Posłá Polſkiego náznáczone było. Graff Marſyli záś iáko záprzeć ſie ſwoiey niemogł deklárácyi, ták* firmiter approbavit, *że to miał* in commiſſis. *Poseł Wenecki y przez liſt, y przez Sekretarzá ſwego* elucidavit innocentiam ſuam, *twierdząc, iż gdybym był przeſtrzeżony, że to mieyſce oddáne było Posłowi Polſkiemu, tedybymbył wolał* extra Caſtra deſerta occupare loca, *dokłádáiąc, że żadney precedencyi áni mieć, chce áni ieſt potrzebá. Co ſie záś ſtáło,* ad malam informationem & ordinationem. *Więc kiedy tákie pozáchodziły inkonwenieneye nápiſáli liſt IchMść Pánowie Posłowie Ceſárſcy do Posłá Náſzego* de tenore tali.

## *Illuſtriſſime & Excellentiſſime Domine,*

Qvantâ ſollicitudine & curâ ſtabiliendæ ac conſervandæ unioni, & bonæ inter Excellentiſſimos undeqvaqve ad præſentem Pacis Turcicæ tractandæ congreſſum Deputatos, Confœderatarum cum Cæſarea Maieſtate, Domino, Dno Noſtro Clementiſſimo Potentiarum Dominos Legatos intelligentiæ, Nos impenderimus, Excellentiæ Veſtræ luculenter ſatis conſtat; uti qvòd cùm de prima Caſtrorum metandorum ratione Petrovaradini ageretur, inſinuari Excellentiæ Veſtræ fecerimus, nullam dictis in Caſtris præcedentiæ futuram conſiderationem, nec locum ullum primum, ſecundum, tertium, aut poſtremum in ordine cenſendum fore; ſed qvem qviſqve ſibi commodiorem, intra tamen Caſtrorum & vigiliarum ambitum elegerit, eiuſdem proprium, abſqve ullâ reſpectu alterius cuiuſpiam Dominorum Confœderatorum prærogativâ minùs præiudicio habitum iri. Cui qvidem declarationi ab omnibus acceptatæ, poſtqvam nihilomi-

hilominus contrarii qvidpiam ante adventum Noſtrum accidiſ-
ſet; Excellentiaq; Veſtra per miſſos Nobis obviam aulicos ſu-
os conqveſta fuiſſet, qvaſi de loco pro ſua Perſona capto, ho-
mines qvidam ſui per Excellentiſſimi Domini Moſchorum Le-
gati famulos, deturbati & eiecti eſſent: eoqve facto violatam in
Domeſticorum perſonis, propriam, in ſuâ verò perſonâ, ipſi-
us Sereniſſimi Regis & Reipublicæ dignitatem prætenderet.
Nos extingvendæ primæ huic ſcintillæ, ne maioris diſſidij cau-
ſam attrahere poſſet occurrere volentes, mediationem ſtatim
Noſtram, & amplam in ſcriptis declarationem, qvòd nulli s
hîc in ordine Primus aut ultimus locus fuerit, neq; hoc uſpiam
præiudicio eſſe debeat, extradere: ſimulqve ſatisfactionem, ſi
qvi ex vigiliis Cæſareis huic actui ſeſe immiſcuiſſent congruam
procuraturos obtulerimus; ac ne deinceps eiuſmodi difficultati-
bus anſa ulla præberi poſſet, aliam planè & qvadratam Ca-
ſtrorum, eo potiſſimum fine mutandorum figuram adinveneri-
mus, qvæ Excellentiæ Veſtræ per Dominum Comitem Marſi-
glii propoſita, protinus placuit: nec aliter, qvàm placere po-
tuit; qvippe cùm fronte cuiusvis Dominorum Legatorum in me-
diam inter omnes aream ex qvatuor lateribus converſâ, nul-
la unqvam præcedentiæ aut præiudicii cuiuſpiam lis excogitari,
nedum moveri qveat: ſimul qvoqve Excellentia Veſtra, ſe il-
lud hoc inqvadrato latus, qvod Danubium à tergo habet, ſibi
ſervare, erga eundem Dominum Comitem Marſiglij, & ipſe
porro Nobis declaraſſet: cuius relationem ex commiſſione à No-
bis habitâ ultro citroqve reliqvis etiam Dominis Legatis rite
factam in dubium revocare haud poſſumus. Nos inde diſtri-
butis per omnia latera vigiliis ordinem & lineam ſuam cuiqve
integram ſervari iubentes, Excellentiæ Veſtræ eatenus ſatisfa-
ctum eſſe, eamqve penes Nos in Caſtris prope diem ad futu-
ram credebamus imò Nobis gratulabamur; cùm inopinato pror-
ſus, eoqve magis inſperato modo Excellentiæ Veſtræ domeſti-
ci, qvi nuper Excellentiſſimo Domino Moſchorum Legato con-
troverſiam ſuper loco moviſſent, nunc iterum Excellentiſſimo
Domino Legato Veneto ſimile prorſus negotium faceſſere, &
locum ipſum non ſolum in linea eiuſdem, ſed ante ipſiuſmet li-
neæ faciem erectione tentorii invadere velle, non ſine profun-
dâ admiratione Noſtrâ intelleximus: Neq; defuimus officio
Noſtro, quin ſtatim ut primum Nobis de eo relatum fuerat, Ex-
cellentiæ Veſtræ permiſſos ad eandem officiales humaniſſimè in-
dicaverimus, turbari hoc modo compromiſſum receptumqve in-

 ter omnes

ter omnes qvatuor legationes ordinem, non posse Excellentissimorum Venetorum Legatum, qvæsito sibi iuri cedere: nec dari locum Excellentiæ Vestræ honori prærogativæqve magis conformem, qvàm illum, qvem convento modo sibi ipsa elegerit: rogantes impensè, ne difficultatibus eiusmodi periculosis æqvè ac superfluis necessariæ ad tractatus imminentes concordiæ impedimento esse vellet. Id qvod repetitis postmodum vicibus tam per supra dictum Dominum Comitem Marsigli, sacræ Cesareæ Maiestatis Camerarium, & Peditum Legionis tribunum, qvàm per ipsum postea legationis Nostræ Secretarium & Consiliarium Cæsareæ Maiestatis Bellicum, Dominum Tiell firmissimis rationibus demonstrare non destitimus. Nunc tandem postqvam omnem operam, & sinceros Nostros hac in parte conatus vix aliqvid apud Excellentiã Vestrã proficere dolentes experiamur: qvid aliud superest? qvàm ut Excellentiam Vestram ultimatim hisce scriptotenus & officiosissimè reqviramus, qvatenus sepositis, qvæ nulla respectu præsentis à se electi primùm, dein assignati loci habere potest, gravaminibus tentorium illud, qvod ante Excellentissimi Domini Legati Veneti faciem nullo iure erigi per suos fecit, ad præcavendas qvasvis ulteriores inconvenientias, inde ad locum sibi prædicto modo destinatum transferre, eoqve, si ita placuerit, ipsamet Excellentia Vestra sedem suam figere haud gravetur. Neqve magis credat sinistris & malè intellectis Domesticorum relationibus: qvæ conventionem ratione loci ab Excellentia Vestra & reliqvis omnibus Dominis Legatis semel comprobatam, indeq; emergentem obligationem destruere neqvaqvam possunt, qvàm testimoniis Nostris in ratione ipsa, & decenti, qvem Serenissimo Regi & Reipublicæ Poloniarum profitemur, respectu, solidissimè fundatis. Qvippe cùm ab eiusmodi domesticorum privatis plerumqve verborum dissidiis, præsertim ubi facti circumstantiis, uti hîc fit, destituuntur, ipsa Legationum capita & Ministri seipsos onerare nuspiam velint aut soleant, qvin potiùs intentionem & scopum Principalis negotii (qvod hîc tractanda cum Turcis Pax est:) collatis studiis & officiis promovere satagant. Qvod ipsum proinde & hîc ab Excellentiæ Vestræ prudentia & aqvanimitate, necnon reali in communem Christianitatis, sacriqve fœderis causam affectu Nobis appromittimus: velut in contrarium, si Excellentia Vestra rationibus Nostris acqviescere nollet, eventum, solennissimè coram Deo & Vniverso Christiano Orbe protestamur, Nos gravissimo illi, qvod

in præ-

in præſenti congreſſu ſub Turcarum communis inimici ocul's eatenus præbetur ſcandalo, aut ulterius emergenti inter Confœderatos Dominos Legatos ſchiſmati, qvod Deus avertat, nullam prorſus cauſam dediſſe, neqve omiſſionis, multò minùs commiſſionis ullius culpam Nobis imputari poſſe aut debere; qvæ dum pro debito officii Noſtri declaramus Excellentiæ Veſtræ, ad æqviora conſilia adhortantes, divinæ in reliqvo tutelæ commendamus. In Caſtris ſupra Carlowicz Die 17ma Octobris 1698.

## Reſpons ná tenże liſt.

Die 27. Octobris *Odesłał I.Mść Pan Woiewodá Ich-Mościom Pánom Ceſarſkim.* Negare non poſſum eò plane animo & voto ad præſentem Pacis tractandæ congreſſum Excellentias Veſtras veniſſe, ut in qvàm ſtrictiſſima animorum unione & perfectâ harmoniâ deſideratum hoc fœderatæ Chriſtianitati opus tranſigi feliciter & confici poſſit. Sed & mihi vice verſa Excellentiæ Veſtræ facilè tribuent, qvod poſtqvam Petrovaradini novam & hucuſqve inauditam ab Excellentiſſimo Domino Moſchorum Legato de præcedentia cum Sereniſſimo Rege D. M. C. Smi. Moſchoviæ Cari prætenſionem reſciviſſem non alio me fine confeſtim ad Excellentias Veſtras Futacum rogando miſiſſe, ut circa metationem Caſtrorum debitus Sacræ Regiæ Majeſtatis D. M. C. ſervetur honor, niſi ut ulteriori ſcandaloſæ alicui hac ſuper re liti maturè proſpiceretur, ſperabamq; inſtituendum fore neceſſarium hoc in negotio inter Nos aliqvem Tractatum, qvò facillima concordibus adhuc animis ſopiendæ hujus controverſiæ media inveniri poterant; ſupervenerunt deinde miſſi ab Excellentijs Veſtris Caſtrorum metatores, qvi mihi ſignificarent deſtinatum eſſe Excellentias Veſtras, movendas illo die Futaco uerſùs eadem Caſtra, ſvaderent, ut ego ſimiliter illuc me indilatè conferrem; de præcedentia autem loci nullam qvæſtionem fore, talia nimirum Excellentias Veſtras adinveniſſe media, ne cuiqvam prœjudicari poſſit, fore locum indiſcretum, neqve ullo modo cuivis ſeparatim aſſignandum, ſed generaliter pro Dominis Plenipotentiarijs monſtrandum; & qvem qvisq; primus cœperit, eundem obtenturum. Cui ego declarationi inſiſtens, primus omnium unum ex famulitio meo ad capiendam loci poſſeſſionē miſi, qvi accepto ſecum propter idioma germanicum qvodam Incolâ Petrovaradienſi natione Germano uno

no uno cum DD. Castrorum metatoribus perrexit, qvi postqvam Excellentissimis Dominis Legatis Cæsareis locum designassent, ipse qvoqve ex assignato promiscuè præ cæteris DD. Legatis spatio unum primus omnium accepit, nullo adversante aut controvertente, & relicto ibidem prædicto Incolâ Petrovaradiensi cum relatione ad me se recepit, atq; ut ferentur ibidem tentoria curavit. Interim Excellentissimus Dominus Moschorum Legatus postqvam didicisset electum à meis hominibus profigendis tentorijs locum ( prandente tunc apud me Illustrissimo D. Generali Neem, eodemqve admirante, qvòd contra propositum destinatum discessûs sui post meridiem, tertiam duabus horis prævenisset, unde tormenta non satis tempestivè explodi poterant ) hospitium meum prætervectus est : idem igitur Dominus Legatus præmissis aliqvot satellitibus, ad deturbandum de loco possesso, relictum ibi ex parte mea hominem ( cùm ille qvamdiu potuit, in vasoribus resisteret, militesq; aliqvot ex subsistente ibi legione, qvi contra vim locum tuerentur, in subsidium accepisset ) supervenit Legatus, ipse & obluctantem atque loco cedere nolentem, ipse verbis priùs minacibus increpitum, a duobus ex satellitio Moschis violenter per manus arripi, & deturbari iussit, tentoriaqve ibidem sua ( ex eò qvòd locus ille dextram manum Excellentiarum Vestrarum respiceret ) fundavit. Iuvit temerarium hunc & insolentem ausum additi sibi Cæsarei sqvadroni Officialis, qvi impetum in locatos ibidem memoratos milites faciens, facilè eos ex loco custodito amovit. Hæc cùm ita & non aliter esse Excellentiæ Vestræ probè sciant, petitamq; à me ex dicto Officiali illi se violentiæ immiscente satisfactionem mihi promiserint, attamen in literis ad me datis Excellentiæ Vestræ Domesticos meos Moschis controversiam movisse arguunt, meqve adeò in culpa esse, qvòd tam atrocem iniuriam modestè & patienter tulerim. Vnde manifestum est, qvis Nostrûm apud Excellentias Vestras gratiâ prævaleat. Sed ut ad seriem rei revertar, ego interim horum omnium ignarus, dum bona fide, publica securitate & Iure Gentium fretus, nihilq; tale expectans, præsertim cùm dictus Dominus Legatus Moschorum stipulatam manum pridie missis ad se duobus ex satellitio meo Nobilibus dedisset, iterumq; confirmasset, nullo modo se præcedentiam ante me prætendere, & locum qvicunq; illi cederet, absqve ullo discrimine acceptaturum se pollicitus esset, dico, cùm horum omnium ignarus solvissem à littore ratem, & Danubio me demisissem ; propterqve exortam

exortam tempestatem postero demum manè ibidem ádvenissem, præcepta ejusmodi inopinata æqvè ac temeraria illata mihi à Domino Legato violentia, nihil præsentius duxi, qvàm protestari de atrocissima læsione primùm coram Excellentissimo Domino Venetorum Legato, ibidem tunc præsente, deinde coram Excellentiis Vestris, qvas Petrovaradino venientes emissarius meus sibi obvias habuit: recepi iustam ab Excellentiis Vestris hoc super casu compassionem, qvæ etiam mediationem suam & debitæ satisfactionis media offerre mihi non dedignatæ sunt, prout qvidem postera die venit ad me Illustrissimus Dominus Comes Marsigli ex parte Excellentiarum Vestrarum, taleqve medium, qvod casus obtulerat, propinavit; nimirum cùm recenter ita conventum esset, ut Turcici Legati ad capiendum locum Nostrum venirent, Nosq; ideo promoveri ulterius expediat, dabitur nova Castrorum in qvadratum dispositio, ex qvo nulla amplius disqvisitio enasci posset, simulq; proiectum dictæ metationis præsentavit, super qvo ego facilè consensi, adiectâ conditione ut prior locum capesserem, addidiq; rationem, ne si eum ante me Moschus caperet, obligatus essem vicem ei reddere, inde turbando reciprocè ex loco possesso, misiq; statim ad capiendam loci possessionem: sed notandum qvod anteqvam Illustrissimus Dominus Comes Marsigli cum propinato medio venisset, & anteqvam scivissem, qvid hac super re conclusum fuisset, iam Moschus de his omnibus edoctus, tentoria sua defixerat in loco, qvi simili modo sicut antea Excellentiarum Vestrarum respicere videtur, meus interim homo iam in eo casu ita à me admonitus, ut qvemcunqve locum caperet, si Moschus prior occupasset super fundamento ab Excellentiis Vestris dedeclarato non dari hic priorem locum. Eligit eundẽ de qvo modo lis & controversia occurrit, posseditq; eum à nemine occupatum, à nemine prætensum, nemine se opponente, ibidemq; duos Raytaros locavit ex Gvardia Militum Cæsareorum, mihi pro honore excipiendis Imperijs additorum donec tentoria ferrentur. Et in hoc supposito errant Excellentiæ Vestræ ad malam informationem, ac si ego ab Illustrissimo D. Comite Marsigli oblatum à Danubio locum acceptassem, aut de assignato Excellentissimo Dno Venetorum Legato eodem, de qvo nunc res vertitur, minimam notitiam habuissem. Qvomodo enim id fieri potuit, & qvomodo hoc cum sana ratione conveniret, si in solatium tam gravis iniuriæ mihi illatæ, rogavi ut daretur mihi facultas electionis ante Moschum, hocque non iam

 ex rela-

ex relatione Domesticorum, sicuti Excellentiæ Vestræ persvasum habent, sed & meo proprio auditu, ita esse & non aliter cum Illustrissimo Dno Comite Marsigli conventum, Deo veritatis teste huius, iuro & affirmo. Cùm itaq; hoc modo prior dictum locum legitimè, & nullo controvertente cœpissem, antequam tentorium meum ad possessum iam locum ferretur, non obstantibus ibi militibus Cæsareis, qvi locum hunc iam à me captum, & à se custoditum indicarent, nihilominus tentoria ejusdem Excellentissimi Dni Legati, nescio qvo locum eundem designante, defixa sunt. Incusare nimis in hoc passu Domesticos Excellent: Dni Legati non possum, nisi qvòd aliqvo modo rem præcipitassent, & qvæstionem, ad qvos pertinebat, deferendam privatim decidissent; sed cuius in eo culpa, Excellentiarum Vestrarum prudentissimo sensui relinqvo. Mei vicissim homines, postqvam horum omnium ignari, bona fide ad locum priùs per se captum, & per Milites possessum cum tentorio venissent, & non sine mœrore eodem iterum fato ex possessione deturbatum me viderent, inclinante ad vesperam die, nihil illis præsentius occurrit, qvàm in eâdem lineâ à se ante innocenter occupatâ, Tentorium meum explicare. Venit ad me confestim Illustrissi: Dnus Comes Marsigli, Excellent: Dni Legati Venetorum qverimoniam deferens, invasumq; à meis hominibus locum sibi assignatum : cùm vicissim ego uti potior tempore, & iam loci bonæ fidei possessor, eandem iustiùs invasionẽ prætendissem, ac ipsi qvædam evitandæ difficultatis media proposuissem, res in crastinum dilata. Tandem missis duobus, ad Excellentissimum D. Venetorum Legatum , Nobilibus ( cum qvo strictissimam amicitiam , exqvo mihi ex famâ raræ tanti viri qvalitates innotuissent, colere , & mereri destinaveram ) exposui rem, qvomodo erat, & facilè apud virum prudentem, iustum & æqvanimem, primas sinistras de me impressiones dilui, ita, ut neq; ego Excellentissimo Dno Legato horum, qvæ acta sunt, culpam attribuerim, neqve illi mihi vicissim, sed ambo potius de mediis svavibus hac super re deliberaremus : tandem qvo utriusq; Nostrûm honor in salvo esse possit, cùm neqve illi, neq; mihi totaliter loco cedere conveniens esset, proposui mediũ, per Illustrissimum Dnum Cæsareæ Legationis Secretarium, ut qvoniam res non malitiosè facta, ambo loco moti, æqvali passu ad Nos cum tentoriis accedamus, & in una eademqve linea constituamur. Qvod quidẽ medium Excellentissimum Dominum Legatum non adeo aversantem intellexi, neqve asseqvi possum

qvare

qvare acceptum non deberet, ſiqvidem non de præcedentia Nobis, ſed poſſeſſione quæſtio eſt; non violenta, ſed caſualis, ſi purus iſte caſus appellari poteſt, extiterit utriusq; Noſtrûm poſſesſio. Qvare non potiùs Excellentiæ Veſtræ ad Excellentiſſimũ Dnum Venetorum Legatum perſvaſorias ſuas converterent, ut media ſibi iuſta & propinata ſatiùs accipiat, qvàm ut ego tam enormiter ante à Moſcho iniuriatus, iterum ſupra gravatoriæ læſioni totaliter ſuccumbam, per depreſſum & conculcatum Sereniſſimi Regis D. M. C. & Reipublicæ, in perſona mea patiar honorem & Regium decus. Oro itáq; Excellentias Veſtras per Deum immortalem, huius ſacri inter nos fœderis benigniſſimum authorem; per fœderatam Auguſtiſſimæ Ceſ: Maieſtatis cum Sereniſſimo Rege meo & Republica religionem, per omnia qvæcunq; inter Nos aliqvando interæſſerunt charitatis vincula, per qvaliacunq; Noſtra, præſertim ſub tempus ſacri huius belli erga Nos merita, & ſangvinem Polonum libenter impenſum; ſit in eo caſu apud Excellentias Veſtras aliqva Reg: Maieſtatis, & Reipubl: honoris cura, qvi tali, uti memoravi, modo in nullius contumeliam vertetur. Qvòd ſi hæc obtinere ab Excellentiis Veſtris impoſſibile erit, proteſtor coram Deo Optimo Maximo, hæc omnia exalto proſpiciente, bina conſeqventer vice in honore Principalis mei violenter oppreſſum, non debereqve alium procedendi modum, niſi extra metata Caſtra aliqvẽ à parte non controverſum, locum qvẽ mihi nemo invideat, capiendi, indeq; cum Excellentiis Veſtris, qvamvis parum loco diſcretum, animo tamen iunctiſſimum, de communi Reipubl: bono tractare me oportebit ex loco qvaſi exilij; cùm inter Excellentias Veſtras ſalvo honore Principalis mei locũ habere non poſſim: Si qvid verò ex hac controverſia ſub oculis cõmunis hoſtis Noſtri ſcandali enaſcitur, iudicabit Orbis & poſteritas, qvis in culpa, an qvi læſum enormiter honorẽ iure defenſionis naturali tuetur, an qvi illũ totaliter evertere prætendit. Horũ omniũ ego ſuo tempore Sereniſſimo Regi & Reipublicæ rationẽ dabo, & fiduciam habeo, qvòd modus agendi meus modeſtus, Civilis, patientiſſimus, qvanqvã inter tot Martyria non modo laudẽ, ſed & compaſſionem reportabit; neqve me qvemqve ab Excellentiis Veſtris læſiſſe puto, cùm nihil inter ſuccedentia mala agam, qvam in omni moderatione animi, & religioſè obſervato Excellentiarum Veſtrarum cultu tempeſtati cedam, ſi qvid ad hoc compaſſionis & teneritudinis erga afflictam ſortem meam in animis Excellentiarũ Veſtrarũ inveniri poteſt, iterum atqve iterum pe-

rum peto, concedite extorri fœderato, aliquot iam dies navi non modo cum incõmodo, ſed magis cum dedecore characteris mei commoranti, & nihil magis, quàm fauores Veſtros ambienti locum inter vos, qvi uti ſuperiùs innui ſaluo honore Sereniſſimi Regis & Reipublicæ acceptari poſſit. Reparabitur ita ſi quod hactenus extitit hoſtis ſcandalum, cum nos ita amicabili accommodata modò controuerſia, eò arctiore nexu coniunget, & mutuus amor per ipſos obices eluctatus creſcet. Quod cùm totum ſit in Manibus Excellentiarum Veſtrarum, in meis verò nequaquã, non dubito Excellentias Veſtras ad æquiora erga me gentemq; meam Conſilia deſcenſuras, quarũ me fauoribus recommendans ijſdem circa bonam valetudinem læta omnia & proſpera voveo. Excellentiarum Veſtrarum ad obſequia paratiſſimus.

*Kiedy te kłotnie zábráły czáſu aż* ad 27. Octobris *námyśliwſzy śię Poſeł Moſkiewſki* 28. eiuſdem *zraná przyſſyła Sekretarzá ſwego do Iego Mći Paná Woiewody, dáiąc znáć, że ſię kłániać chce, ſam záraz zá Sekretarzem iádąc*: ad relationem *posłánego przytrzymał ſię o kilkádziesiąt krokow od mieyſcá. Odpowiedział Sekretarzowi Iego Mość Pan Woiewodá : Pán Twoy nieuczyniwſzy w krzywdzie moiey ſatisfákcyi a lezyi honoru Paná mego, zemną ſię przyiáźnić życzy, wyſtárczyłbym ia záwſze, z támtego mieyſcá zepchnąć Paná twego, gdybymi* iura Gentium & honores Maieſtatici *niebronily, ktorych Twoy Pan nie rozumie, ná taką tedy odpowiedź y nieprzyięćie wizyty muśiał názad* regredi *Poseł Moſkiewſki. Iego Mść Pan Woiewodá kompenſowawſzy* aliqua ex parte *uczynioną krzywdę, wziął miárę, iż cokolwiek ſię ſtáło y dzieie, to wſzytko* ſuprema Poteſtas *ná ſwoich rządzących ſie Gránicy robi, przy ktorych* Ius & ordinatio. Interea *przyſſyłáią z liſtem Ich-Mść Pánowie Posłowie Ceſárſcy* in eum ſenſum. Quo ſuper Excellentiæ Veſtræ heri per certos aulæ Noſtræ familiares inter cæteras humaniſſimas renuntiationes requirere operam Noſtram placuit, ut nimirum res & commoda Sereniſſimi Regis & Reipublicæ Poloniarum in præſenti Pacis cum Porta Ottomanica tractandæ congreſſu Officijs Noſtris adiuvare, & fidelibus ſtudijs promovere vellemus, id ipſum quantumvis, ob ſiniſtras, inutiles, & nullo modo ſuſtinendas de loco in Caſtris occupando quæſtiunculas, Excellentia Veſtra abſentem ſe à Nobis, & quodammodo alienum à communione Noſtra hucuſq; oſtenderit: memores nihilominus arctiſſimi cum primis aucti tum etiam ſacri fœderis, quod Auguſtiſſimæ Ceſareæ Maieſtati Domino Dno Noſtro Clementiſſimo. cum Sereniſſimo & Potentiſſimo Rege & Republica Poloniæ intercedit, item & expreſſo Ceſa-

Cæſareæ Maieſtatis Mandato ad id obſtricti, non intermiſimus Excellentiſſimis DD. Mediatoribus Angliæ & Hollandiæ Legatis Plenipotentiarijs, occaſione, quâ eoſdem primò viſitavimus, negotia Poloniæ, hoc in opus concurrentia, omni meliori & poſſibili modo, ut condignus eorum in tractando reſpectus habeatur, cõmendare, eo cũ ſucceſſu, ut dicti Dni Legati ad qvævis bonæ amicitiæ munia, hac in parte rebus Polonis æquè ac cæteris confœderatis cõprobanda, promptos ſe paratosque teſtarentur : dummodo ſuper duobus primùm punctis præliminari declaratione ſcriptotenus ab Excellentia Veſtra certi ſecurique redderentur. Primò. An Sereniſſimus Rex, cum Republica Poloniæ eiusque Nomine Excellentia Veſtra, Sereniſſi: Britanniæ Regis, & Præpotentium Fœderatorũ Belgij Ordinum mediationem, in Perſona Dnorũ eorundem Legatorum, hoc in congreſſu oblatam, gratam habeat & agnoſcat? Alterũ verò, quod pari ratione, priusquã Tractatui manus applicetur, declarandum venit, eò recidit, ut Excellentia Veſtra, mentem ſuam ſcripto expreſſam, ſuper fundamento Pacis, uti poſſidetis, ita porro poſſideatis, quantò citiùs, & uno eodẽque actu explicare velit : an nimirum dictum pacis fundamentum, eâ ratione, quâ per Cæſaream Majeſtatem, & inclytam Venetorum Rempublicam, pro ſe quidem directè, pro Confœderatis autem ſuis utiliter, ſolùm in eorum favorem, ita, ut, ſi non ampliores, quod optamus, ſaltem nec deteriores conditiones obtineant, receptum eſt; Excellentia Veſtra quoque Nomine Sereniſſimi Principalis ſui acceptet : & iuxta illud tractatum huncce pacis aggredi inſtructa ſit ? Quam, ad ambo hæcce puncta declarationem, ut ſæpius dictis Dnis Mediatoribus, qui nos eo ſuper reqviſiverunt, referre valeamus, unà cum facultate tractandi, Plenipotentiâꝗ ſecum allatâ Nobis cõmunicandâ ab Excellentia Veſtra eò magis præſtolamur, quò minus ante earundem exhibitionẽ, ullus Tractatui locus, aut Officiis Noſtris, in eorum favorem eatenus applicandis, occaſio eſſe poſſet. Cauſa etenim, ob qvam præmiſſorum certitudinem ante omnia deſiderent toties, fati Dni Mediatores, ſatis prægnans & Nobis quoꝗ apparet, quippe cùm per literas ſtatim poſt adventũ ſuum Petervaradino ad eoſdem exaratas, Nobisque iam cõmuuicatas Excellentia Veſtra proteſtandi potiùs, tam aduerſus mediationẽ, quàm ipſum pacis fundamentum, imò diſſolvendi magis, quàm uniendi congreſſûs animum demonſtraſſe videatur, quo fortaſſis principio & ſupra memoratas de loco difficultates inniti vix non obſcurè ſuſpicari liceret. In reliquo, eidẽ addi=

dem addictiſſimi æquè ac paratiſſimi, ad danda quævis amicitiæ Noſtræ, & ſinceri, tam erga cauſam, quàm Perſonam Excellentiæ Veſtræ affectûs argumenta, Nos devovemus, manemusq́ꝫ.

*Po przeczytánym tym liśćie od Ich-Mośćiow Pánow Ceſárſkich Posłow, uważywſzy wnich Iego-Mość Pan Woiewodá* plus examinis quàm ſatisfactionis, *ná donieśione przeſłym liſtem illácye ſwoie*, & minùs pertinentis *do nich* vexe, in eam methodum *odpiſuie*.

Cùm nil in votis flagrantius habere poſſim, quàm ut res & commoda Sereniſſimi Regis, Dni Mei Clementiſſimi, & Reipublicæ, quàm optimo ſucceſſu, in præſenti, utinam auſpicato, & Reipublicæ Chriſtianæ ſalutari congreſſu Noſtro pertractentur; non poſſum non teſtari ſummam inde obligationē Excellentijs Veſtris, quòd eadem, tanquam rem communem & in diſſolubilem, ex ſpeciali Sacræ Cæſareæ Maieſtatis recommendatione, peculiari cura proſequi dignentur : & ut ulteriùs amicabili & efficaci ſtudio ſub ipſum Tractatum foveant, non implorare. Prima erit hæc mea apud Excellentias Veſtras oratio, quamprimum è navi egredi, & Excellentiis Veſtris eum, qui par eſt, cultum reddere licuerit. Quod verò concernit puncta mihi propoſita, merè ad ipſum tractatum pertinentia : & primum quidem de acceptatione Nomine Sereniſſimi Regis & Reipublicæ, Mediationis, tam Sere : Magnæ Britanniæ Regis, quàm Præpotentium Fœderatorum Belgii Ordinum, in perſonis Excellentiſſi: Dominorum eorundē Legatorum, ad Tractatum huncce intervenientium : ſecundum verò ratione poſiti fundamenti pacis, uti poſſidetis, poſſidete, licèt in navi adhuc exiſtens, non eò loci eiusmodi quæſtiones excipiendas haberem, adeoq́ꝫ intempeſtivum eſſet, tali ordine tractatum recipere, ac præſertim talem, quo affirmativè poſito, nihil ad diſputandum reſtaret ; tamen pati non poſſum, niſi quoad primū punctum Excellentiis Veſtris declarem, Sereniſſimum Regem, Dominum Meum Clementiſſimum, & Rempublicam, tantò magis me ſuum Miniſtrum agnoſcere, & gratiſſimam habere mediationem Sereniſſimi Britanniæ Regis, & Præpotentium Ordinum Fœderati Belgii, in perſonis Excellentiſſimorum Dominorum Legatorum in hoc congreſſu oblatam; neq́ꝫ me unquam quidquam contra eam ſomniaſſe. Vnde magno cum dolore animi percipio literas meas, ad Excellentiſſimos Dnos Mediatores Petervaradino datas in peiorem ſenſum acceptas, quarum ego ipſe oretenus Excellentiis ſuis, qvamprimum hæc controverſia ſopietur, explicationem daturus ſum. Sed & nec video, unde in eam partem trahi poterant, cùm & heri per Familiares Meos, factâ ſuis Excellentiis

lentiis ſuper felici adventu congratulatione, negotium illis Reipublicæ, tanquam Mediatoribus recōmendaſſem. Quod uerò ſecundum punctum fundamenti poſiti concernit, hoc cùm ipſam planè tractatûs medullam & ſubſtantiam involvat, rogo Excellentias Veſtras, ut ſolito iſta tractandi more fiant, & priùs inter Nos de modo & circumſtantiis tractatûs, quàm de re ipſa conveniatur. Super quo cum Illuſtriſſimo Dno Secretario Legationis Excellentiarum Veſtrarum conferre optarem, multa enim etiam hac ſuper re cavenda, & forſitan ab Excellentiis Veſtris explicanda deſiderantur. Sed hoc totum, cùm planè ad ipſam tractatûs ſubſtantiam pertineat, ubi horum campus & arena dabitur, per gradus mihi datos negotium cōmiſſum pertractabo; ad eumq; finem ſufficienti plenipotentiâ inſtructus ſum, quam ſuo tempore & loco monſtrare non dedignabor. Cæterùm, Excellentias Veſtras rogo, ut tam Excellentiſſimi Domini Mediantium Legati, quàm ipſæ Excellentiæ Veſtræ in meliorem partem animum meum, ſemper Chriſtianitati, adòq; ſacro fœderi huic devotum, interpretari velint. Dabo horum omnium evidentia & non vana documenta : adſit tantū confidentia, & Excellentiæ Veſtræ rebus Noſtris faveant, videbunt, neminem ante Polonos fide & candore eſſe. Rogo inſuper iterum atq; iterum Iam Me tandem ex Danubio ad littus per ultimariam declarationem transferant, ſive votiva illa, ſive adverſa fuerit, quo etiam debito officiorum cultu Excellentiis Veſtris exolvar, & credant ( cuius rei teſtem Deum appello ) nullo alio, niſi ſolius honoris Sereniſſimi Regis Mei & Reipublicæ motiuo, controverſiam hanc de loco apud me agitari, quem ego libens vitæ meæ præpono, & mori potiùs, quàm eum vel leviſſimè offendere elegerim. Qnod dum enixè Excellentias Veſtras oro, æquiorem erga me earundē animum ſpero, & ſi non amari, ſaltem redamari merebor, cùm ſim toto affectu Excellentiarum Veſtrarum ad obſequia paratus.

*Ták tedy* inter malleum & incudem verſando indolendoq; vicibus ſuis *Iego Mość Pan Woiewodá, rezolwował ſie* condeſcendere ex navi, *niepierwey iednák, áżby mu był dány Proiekt od IchMćiow Pánow Posłow ták Ceſárſkich, iáko y Weneckiego, iż* neq; in congreſſu, neq; in poſitis Caſtris datur præcedentiæ locus: *co* maximo effecit conatu, *że mu ieſt dány,* in eum ſenſum

Nos Infraſcripti, Sacræ Cæſareæ Regiæq; Maieſtatis, ad tractatus Pacis cum Porta Otthomanica Legati extraordinarii & Plenipotentiarii teſtamur, declaramus & notum facimus omnibus, quorum intereſt; quòd neque in præſentibus, ubi nunc ſubſiſtimus,

Caſtris, neque in illis, unde huc venimus, ullus unquam locus reſpectu Illuſtriſſimorum & Excellentiſſimorum, Poloniæ, Venetiarum & Moſchoviæ Legatorum, ſalvâ cujusq; præcedentiâ, primus in Ordine, ſecundus, tertius, aut poſtremus habitus fuerit, aut conſiderari potuerit, aut adhuc â qvopiam poſſit: neque ullum fuerit propoſitum, uni dictorum DD. Legatorum, præ altero, quacunq; ratione & modo, prærogativam, præcedentiam, aut alteri ex adverſo præjudicium in diſtributione, aut aſſignatione loci pro ſtatione ſua addendi vel minuendi, inferendi, vel auferendi: ſed eam ſemper fuiſſe mentem, ut quemquiſque locum, in primis quidẽ Caſtris indiſtinctè, in his uerò præſentibus, quod quiſque Conventi quadrati latus ſibi cõmodum elegiſſet, illius fore abſq; ullâ conſequentiâ aut controuerſiâ: quin etiam quemvis Noſtrûm & reliquorũ DD. Legatorum, ſi ſciviſſet, ab Illuſtriſſi: & Excellent: Dno Poloniarum Legato alium locum, aut latus aliud propoſiti quadrati, quàm id, quod ei, per acceptatam diſtributionem obveniſſe hucuſq; ſuppoſuimus, ab initio & re adhuc integrâ, ſive in his, ſive in prioribus Caſtris electum aut deſideratum eſſe, nunquam illum ipſũ Dominũ Legatum eatenus impediendi, eò magis homines eiuſdem exinde removendi intentionẽ ſibi in animũ inducturũ fuiſſe; adeoq; neminẽ antè dictorum Dnorum Legatorũ quidpiam ſibi iuris aut prærogativæ, ex quacunq; cauſa, loci, reſpectu cuiuſvis alterius ex Dnis Legatis, quò quis ante vel poſt, à latere uel tergo ſtationẽ ſuam, ſive in his, ſive prioriobus, ſive quibuſcunq; fors tempore huius congreſſûs adhuc mutandis Caſtris, occupaverit, fixerit aut verterit, quocunq; etiam ſub prætextu attribuere voluiſſe, aut potuiſſe, aut in præſens velle, aut poſſe. Super quo Illuſtriſſi: & Excellent: Dnum Legatum Poloniæ, tam Noſtro, quã cœterorum quoq; Illuſtriſſimorum & Excellentiſſimorũ Dnorum Confœderatorum hîc præſentium Legatorũ Nomine aſſecuramus, harum teſtimonio literarum, propria Manuũ Noſtrarum ſubſcriptione, ſigilliſq; Noſtris munitarum. In Caſtris ſupra Karlowicz. die 30. Menſis Octobris, 1699.

Volfgangus Comes ab Otting, Leopoldus Comes Slik, ſupra poſitam declarationẽ, ut ueritati, æquitati & rationi conſentaneam, per omnia ratam habere me atteſtor, propria Manûs meæ ſubſcriptione & Sigilli mei impreſſione. Carolus Eques Ruſini.

*Zá tákową tedy dáną áſſekurácyą* die 31. ejuſdem Menſis occupa-

cupavit locum aſſignatum *IegoMść Pan Woiewodá, będąc* condignè *od Káwálerow Niemieckich wprowádzony,* tam uiciſſim *ſolenne odpráwowáły ſię wizyty: po ktorych expedyowániu,* die 3tiâ Novembris *przysłáli Posłowie Ceſárſcy, áby ſwoie propozycye wyráźił IegoMość Pan Woiewodá, ofiáruiąc ſie* tanquã Fœderato indiſtinctè *od ſwoich* apud Mediatores *bydź Promotorámi,* & uiciſſim *tákże ſwoich kommunikowáć obiecáli. Ná tę expoſtulácyą miáſto Propozycyi, Proiekt táki posłał IMść Pan Woiewodá.*

Propoſitiones Polonici Legati, ad præſentem congreſſum tractandæ Pacis cum fulgida Porta Otthomanica hîc non proponuntur, donec declaretur ac ſtabiliatur fundamentum Pacis poſitum; *uti poſſidetis, poſſidete* : nequaquã involvere poſſeſſionem Cameneci Podoliæ in Manu Turcarum, non modò dum de eo ſemper, & per omnes Tractatus ſeorſiva ac ſpecialis integrè reſtituendi præcuſtodita fuerit conditio, verùm etiam cum poſſeſſis per Polonos circumcirca omnibus Fortalitiis, & quibuſdam nouiter erectis, iam in tota Podolia in Manu Turcarum nihil exſtet reliquũ, quàm ſolum Camenecenſe Fortalitium; eiusq; aditus & egreſſus, partim per Germanicum Sacræ Reg: Maieſtatis, D. N. Cl. præſertim per Polonicum Exercitum ſtrictâ blocadâ clauſi & intercepti ſint, extra dubium eſt, prædictum Fortalitium per Dei gratiam, hac eum hyeme aut per ſe corrupturum, aut Deo volente, primo validiſſimorũ Exercituum labore & operâ (quorum qvidem Sereniſſimus Rex ingentem Numorum, magnis impendijs ex Saxonia & cæteris Germanicis Nationibus, cum Magno itidem ex eadem Saxonia adducto in eum finem armamentario & apparatu, conſcriptum, & per Poloniam diſpoſitum tenet,) juxta ſolitum morem, florentiſſimũ etiam Polonicum Exercitum reſpiciendo, facilè ominari poteſt, illud Cameneci fortalitium faciliſſimè in manus Noſtras ceſſurum. Vnde juremerito Nobis inter poſſeſſa attribuendum & declarandum, tanqvam fundamentũ ulterioris Tractatûs petitum. Qvo ita poſito & ſtabilito, ad cætera deſcendetur.

*Po przeczytánym tym Proiekćie, IchMość Pánowie Posłowie Ceſárſcy przysłáli* projecta, ad facilitandas congreſſûs conferentias pro tractanda pace, de tenore tali.

Nos, Sacræ Regiæ Majeſtatis Britannicæ, & Præpotentium DD. Statuum Generalium Fœderati Belgij Legati, ſtatuti Mediatores Plenipotentiarij, Guilhelmus Pagett Baro de Beaudeſert, & Iacobus Colliger, notum facimus, Illuſtriſſimos & Excellentiſſimos DD. Dnos Legatos & Plenipotentiarios, qvi

Carlevici pro Tractatu Pacis cum Porta Otthomanica interſunt, approbaſſe factas à Nobis propoſitiones; qvæ ad præſentis loci circumſtantias attemperatæ ſunt, quas ideoq; omnium conſenſu publicamus.

1mo. Vt tollantur, & nulli obligationi adſtringantur aut ſubijciantur omnes, qvalescunq; notificationes, viſitationes, reviſitationes, & cõmunicationes cum Dnis Mediatoribus, ſive ſimul, ſive ſeorſim, per omnes Dnos Plenipotentiarios utrinqve, & undeqvaq; faciendæ, quæ ceremoniarũ ſolennia reqvirunt: ſed omnibus integrum erit, viſitationũ & communicationũ officia ſibi invicem præſtare, qvando, & qvomodocunq; unicuique libuerit; & tam DD. Mediatoribus, quàm ipſis Dnis Legatis Plenipotentiarijs cõmodum fuerit, abſque ullâ pompâ, uno ſolummodò curru, ac, ſi equitare vellent, ut paucis ſint ſtipati ephœbis, & quàm minimo fieri poſſit Comitatu. Neq; exinde, quòd quis ante aut poſt alterũ, ſeriùs aut citiùs, ſæpiùs aut rariùs Dnos Mediatores adiverit, aut frequẽtaverit; uni reſpectu alterius quidquam juris, præeminentiæ, aut præiudicij competat, aut accedere, vel decedere poſſit; ſed omnia, præterquam in ordine temporis Tractatuum ſtabiliendo, perinde æqvaliter habeantur & conſiderentur.

2do. Si quem DD. Plenipotentiariorum ante alterum tractatus ſuos abſolvere poſſe contigerit, is eoſdem omnino abſolvet atque concludet, & inſtrumentum deſuper conficere poterit, in manus DD. Mediatorum tradendum; nec in illo aliquid immutari, aut renovari, aut tolli, adiungiq; poſſit: ſed ut acceptum & ratum, tanquam pignus Dnis Mediatoribus relinquatur: & favente Deo, quando tempus acceſſerit ſubſcriptionis & ſignationis, traditio inſtrumentorum ſubſcriptorũ & ſignatorum fiat in manus Dnorum Mediatorum, per eoſdem autem viciſſim partibus, ut omnis competentiæ occaſio evitetur.

3tio. Nemini Plenipotentiariorum liceat contra Diploma Plenipotentiæ à ſe exhibitæ, tractatus hoſce Pacis, ſub quocunque prætextu protrahere, aut perturbare, aut quacunq; ratione impedire. Quin potiùs tam Dni Mediatores, quàm reliqvi Dni Plenipotentiarij omnia impedimenta, aut prolongationes undequaq; oriundas, collatis ſtudiis & Conſiliis, quàm citiſſimè removere conabuntur. Quodſi aſſequi non poſſent Dni Mediatores, ſeruabitur locus, & aſſignabitur communi eorundẽ, & cæterorum DD. Plenipotentiariorum conſenſu congruum tempus

tempus, & adinvenietur modus, quo Confœderatorum aliquo impedito, reliqvi tractatus qvidem suos ( iuxta mentem articuli secundi ) ad conclusionẽ perducere valeant; ita tamen, ut inclusioni pacis & securitati eius, qui impeditus est, nihilominus satis cautum prospectumq; sit.

4to. Districtus, qui pro securitate Tractatuum solenni declaratione neutralitatis afficitur, ita maneat, nec relinqvatur, usq; ad ipsam Tractatuum plenam, Deo volente, absolutionẽ. Statuatur etiam, ut cùm discedendi tempus advenerit, Excellentissimi Dni Legati Plenipotentiarii, eorundemq; Famuli penes impedimenta ab omnibus insvetis liberi sint ac exempti, nec possint ullo modo perturbari.

5to. Iniungatur ab unoquoque Excellentissimorũ Dnorum Legatorum Plenipotentiariorum omnibus in comitatu & aulâ suâ existentibus Nobilibus, Officialibus, domesticis & toti famulitio, ut durante hoc pacis congressu, ubivis quietè & pacificè, & decenti cum humanitate ad invicem vivant; atque ab omnibus rixis & iurgiis abstineant, imo sibi mutuo auxilientur, & omnia amicitiæ officia præbeant.

6to. Nemo noctu post solis occasum, in Castris hinc inde, aut alibi divagetur, neque clamorẽ, strepitum aut tumultũ faciat, sed quisque suo se loco domi modestè contineat, & secùs facientes ubicunq; deprehensi fuerint, in aresto detineantur, donec proximo mane Dnis suis extradi possint, puniendi secundùm merita. Data Carlovici & subscriptione & Sigillo Excellentssi: DD. Mediatorum munita, die 25. Octobris 1698. (L. S.) Pagett (L. S.) Colliger.

*Aże* tertium Punctum Projectorum *przyniosło* non vanum scrupulũ *IegoMośći Pánu Woiewodźie*, recurrit *do IchMośćiow Pánow Posłow Cesárskich, expostuluiąc* interpretationẽ, *ktorą* scriptotenus *deklárowáli byli IchMość Pánowie Posłowie Cesárscy, á potym* profundo præterierunt silentio; *IegoMość Pan Woiewodá záś niechcąc zániedbáć* rem omnino necessariam, *pisze do IchMośćiow Pánow Posłow Cesárskich.*

Certus sum, meminisse Excellentias Vestras promissæ mihi nuper explicationis 3tij puncti in projectis, ad facilitandas congressûs conferentias, per Illustrissimum Dominum Secretarium Tiell, Nomine Excellentissimorum DD. Mediatorum exhibitis, ut ego qvoqve consensum meum illis præberẽ. Qvod qvidem prædictum punctum 3tium cùm aliqvid in se obscuri involvat, præcavi mihi primò apud eundẽ Illustrissimum Dnum

Secretarium, deinde apud Excellentias Vestras, intantùm me super hoc punctum consentire; in qvantum mihi favorabilis eius dabitur explicatio & securitas; Scilicet: neqvaqvam Excellentias Vestras in animo habere voluntatem conficiendi & conscribendi ullo modo Tractatus cum Turcis, donec etiam nos in prætensionibus & Tractatu Nostro satisfacti reddamur. Qvodsi verò Turcæ confectis cum Excellentijs Vestris punctis eiusdem Tractatûs, satisfacere prætensionibus Nostris abnuerent, non deserturas Nos Excellentias Vestras, neqve pacem suscepturas & subscripturas, sed tamdiu Nobiscum in societate permansuras, secundùm expressam obloqventiam Pactorum sacri Fœderis, donec etiam Nobis Fœderatis satisfiat. Itaqve præsentibus Excellentias Vestras rogo, qvatenus in responso ad me dando promissis suis stare dignentur. Hodierna die sperabam aliqvam notitiam, prout mihi Illustrissimus Dnus Secretarius promiserat, eorum, qvæ die hesterna cum Turcis in Conferentia facta & acta. Rogo itaq;, ut tam hesterni, qvàm hodierni Tractatûs possim esse particeps. Indoleo valde novos iterum Excellentissimum Dominum Moschoviæ Legatum struere obices de præcedentia tractandi; at cum ab Illustrissimo Domino Secretario assecuratus fuissem, qvòd prout qvisqve ad sacrum fœdus accessit, eo etiam ordine Tractatum inire deberet, nunc qvid novi evenerit, qvòd hæc tempestas rursum mota, pænitus ignoro: Rem mihi sanè iocosam heri Illustrissimus Dominus Generalis Nehm super decidenda hac lite alearum lusu proposuit aliud medium, nempe: ut scripto declaretur, nullam hîc præcedentiam, aut in loco, aut in tempore esse tractandi, intelligi debere, servatis servandis acceptavi; sed miror, qvòd per ipsum nullum hac super re ab Excellentijs Vestris responsum acceperim, imo cùm ad illum pro accipiendo misissem, Futacum abivisse mihi nuntiatum est. Nunc super his omnibus ab Excellentiis Vestris responsum & significationem obnixè rogo, prout etiam, si Excellentiæ Vestræ, sicut idem se mihi retulit, habeant in destinatis ex campo intra mœnia Civitatis huius migrandi, & Turcis propter commoditatē domos suas relinqvendi. Qvorum omnium notitiam cum summo desiderio ab Excellentiis Vestris præstolans, optimam eisdem valetudinem & prosperos rerum successus ex animo exopto.

Literæ

## *Literæ reſponſoriæ ad explicationem tertij Puncti.*

Heri ad nos datas Excellentiæ Veſtræ literas debito cum honore accepimus, continentiisq; earundem bene intellectis, qvoad Proiecti, circa facilitandas congreſſûs conferẽtias, per Dominos Mediatores non ita pridem publicati, punctum ordine tertium, Excellentiam Veſtram, ne ſcrupuli qvidpiam animum eiuſdem ſubire poſſit, certam omnino ſecuramqve harum vigore reddimus : non fuiſſe, nec eſſe nobis intentionem plenariè perficiendi aut ſubſcribendi ullo modo Cæſareos cum Turcis Tractatus, priusqvam & cæteræ cum Sacra Cæſarea Maieſtate aduerſus Turcas colligatæ potentiæ, communi DD. Confœderatorum iudicio, æqvam, ipſiq; ſtatûs & temporum rationi congruam obtinuerint ſatisfactionem, ad mentẽ ſacri Fœderis, uti religiosè hactenus Cæſarea ex parte obſervati, ita deinceps qvoqve obſervandi. Acta in conferentijs hucuſqve habitis qvod attinet, in limine confiniorum adhuc hæremus, nec aliud primo die factum eſt, niſi qvòd de methodo ſtabiliendi poſſeſſiones & confinia per partes in Tractatu deliberatum, eâqve reſolutâ, reliqvum poſt biduum determinandis aliqva ex parte limitibus, abſqve tamen finali concluſione, in rebus utcunq; arduis inſumptum fuerit, cui hodiernus qvoqve congreſſus impendetur, non abſqve ſpe promovendi magna ex parte ante dicti puncti; tum illo ſemel compoſito, & cæteris Dominis Confœderatis tractandi locus dabitur, qvamvis qvo ordine eos Turcæ admiſſuri ſint, nobis nec dum conſtet; neq; ſecuri ſimus, illum, qvem Nos ad placitum Dominorum Confœderatorum iuxta acceſſionem ad ſacrum fœdus optima intentione propoſueramus, Plenipotentiarijs Turcicis, aut etiam DD. Mediatoribus, imo ipſis DD. Colligatis undeqvaq; acceptatũ fore. Nos, qvemadmodũ nullã hac in parte unius Fœderatorũ reſpectu alterius præcedentiã hîc æſtimari, nec cuiqvã præiudicium eatenus fieri poſſe : nec decidendi qvoad iſta facultatẽ Nobis eſſe declaravimus; ita eidem inhærendo, nihil magis optaremus, qvàm ut ipſimet Dni Legati inter ſeſe, præſertim Excellentia Veſtra cũ Domino Moſchoviæ Legato dandis reverſalibus, aut qvacunq; inter ipſos æqvâ ratione circa ordinem hoc in congreſſu ab ipſis obſervandum amicabiliter convenire poſſent : dum modo concordiâ & bonâ intelligentiâ Magnum & Sanctum hoc pacis opus undeqvaqve promoveri, & felici ( ut ſperamus ) fine coronari videamus : eundem ad ſcopum Officia Noſtra ſin-

cero & æqvo erga omnes ſtudio libentiſſimè collocaturi. Qvidqvid autem eo ſuper hinc inde ampliùs ſucceſſerit, aut placitum fuerit : aut ſit de translatione domicilij Noſtri, de qvo nulla adhuc cogitatio aut mentio facta eſt, aut aliàs qvidpiam novi emergeret, Excellentiam Veſtram informare haud intermittemus : cui interea obſeqviorum Noſtrorum promptitudinem occaſione qvavis datâ teſtari cupientes, manemus.

*Wziąwſzy* in trutinam *reſpons Ich Mściow Pánow Posłow Ceſárſkich, więcey* non ſonat, *tylko* principia & finem *w utrzymániu precedencyi Posłá Moſkiewſkiego przed Posłem Náſzym; kiedy* qvod ſemel placuit, iterum diſplicet; *raz deklárowána* tractandi methodus, *áby ten pierwey* tractatum ineat, *ktory pierwſzy* ſacrum fœdus inivit, per ſubdolas & non rectas vias, evertitur : *bo áni Turcy tákowe* propoſuerant deſideria, *áby pierwey z Wenetem, álbo Moſkalem* inire Tractatum, *áni* Mediatoribus erat ratio, ultimo loco *Posłá Polſkiego zoſtáwić;* ſola malitia malevolorum pertinaciter *w punkćie záczętey imprezy* hærendo immobilis, *do ſkutku prowádźiłá intencye. Podáli* optionem *Ich Mość Pánowie Posłowie Ceſárſcy, ażeby* convenire *z Moſkiewſkim Posłem, á przedtym upewnili go, że* hoc modo *Posłá Polſkiego ná koniec zepchnąć; iákowy tedy* in hoc termino *mogł ſie ználeść ſpoſób, ſnádno zważyć; kiedy u Posłá Moſkiewſkiego* nativa pertinacitas ratio, dolus amicitia, invida ſemper *intereſſom Polſkim* ſuperbia : *zdáło ſię ieſzcze Iego Mośći Pánu Woiewodźie* pulſare ad pectus *Ich Mśćiow Pánow Posłow Ceſárſkich, áby przynamniey ták iáwna Pryncipáłá iego honoru krzywdá nie byłá nieprzyiaćielowi* manifeſta ; de tenore tali.

Smmas Excellentijs Veſtris habeo gratias pro explicatione Puncti tertij in Proiecto à Dominis Mediatoribus publicato, feliciorem me tamen & ex toto ſatisfactum reputaſſem, ſi verbis in ſacro fœdere nudè & ſimpliciter expreſſis, abſq; ullâ reſtrictione, iſtâqve ſtatûs & temporum rationis congruitate, ſecuritatem eius rei habere potuiſſem : ſed conſolor, qvòd ad mentem ſacri Fœderis, cuius primus Cardo eſt, ne partes contrahentes, qvanqvam optima uni earum paciſcendi cum hoſte offerretur occaſio, una ſine conſenſu alterius ullo prætextu qvæſito pacem ineat, & pro cuius fere ſola ſecuritate Guarantiam ſacræ Sedis, & vincula conſcientiarum in manus Summi Pontificis depoſuimus, Excellentiæ Veſtræ hoc in puncto negotium Tractatûs abſoluturas ſe declarent. Controverſia Excellentiſſimi Domini Legati Moſchorum videbatur totaliter ſopita, cùm &

in pro-

in propositionibus ab Excellentijs Vestris in manus Dominorum Plenipotentiariorum Turcicorum exhibitis, recepto à nobis ordine, & salvâ præcustoditâ cuiusvis præcedentiâ, nullâ hucusqve reclamatione Domini Moschorum Legati sepositi simus, qvòd certè absqve consensu eius factum iustè qvis suspicari posset. Meminit Illustrissimus Dominus Secretarius, dum adhuc in navi existerem, optasse me, & præsentia & futura hac super re dissidia simul composita videre, ad qvid enim circa unum obicem amovendum consumi, si alterius maioris nulla ratio haberetur, cui profectò ante omnia medendum erat, & lapis hic offensionis amovendus, eo præsertim tempore, cùm per tres septimanas otiosi nihil ageremus; si ab initio statim ante primam metationem Castrorum consilia eò Nostra omnes contulissemus, forsitan horum omnium data fuisset compositio, & modus adinventus; nunc adulto per plures interpositos obices discrimine, grave videtur permittere Nos Nostræ ipsorum moderationi. Innuit mihi Illustrissimus Dominus Generalis Nehm, si æqva ex nunc ad facilitandum hoc negotium non invenirentur media, permissuros Excellentias Vestras D. Venetorum Legatum ante Nos Tractatum suum inchoaturum, qvod tamen sine consensu & conventione Nostra neqvaqvam fieri iustum esset. Sed mihi præcipuum inde emergeret præjudicium, si Moschus ( cui etiam cum Veneto intercedit controversia ) mecum solo in arena restaret, securus taliter præcedentiæ ante Venetum, qvem ego sine discrimine præcedo. Rogo itaqve ut Excellentiæ Vestræ in ea difficultate, & cum eo affectu erga Serenissimum Regem Dnum meum Clementissimum & Rempublicam Polonam, de sacro fœdere longè ante alios meritum, rem moderari velint, nè gravissimi præjudicij in honore Principalis mei læso, justam hinc & lamentabilem reportem qverelam. Qvod mihi certò ab Excellentijs Vestris appromittens, rogo certior fieri, in qvo modò adhuc Tractatus Excellentiarum Vestrarum hæret, meqve & negotium Principalis mei favoribus earundem diligenter cõmendo, maneoq;.

## *Responsum.*

Ad hesternas Excellentiæ Vestræ responsorias ulterius insinuandum eidem habemus, Nos heri tota die congressum in seram usqve vesperam continuasse, eoqve confiniorum Nostrorum ra-

 rum ra-

rum rationem perduxiſſe, ut Generali qvadam eorundem Ideâ ſtatutâ, nunc Dominis Confœderatis qvoq; tractandi locū dare poſſimus, qvatenus & ipſi eodem modo ſua promovere valeant negotia, Turcis etiam deſiderium hocce comprobantibus, qvò citiùs Generali Noſtrûm omnium pace abſolutâ, rigidæ tempeſtatis huius incommodis ſeſe explicandi occaſio fiat. Cùm autem de ordine, qvo DD. Confœderati Tractatus ſuos inſtituere debeant, qvæſtio fieret; Noſqve nihil certi eatenus appromittere poſſe declararemus, eò qvòd Propoſitionibus Noſtris eximiâ ſinceritate erga omnes factis qvidam Dominorum Confœderatorum acqvieſcere nollent, & non obſtantibus qvibusvis de abolitâ penes hunc congreſſum præcedentiâ remonſtrationibus, inutiles & minimè neceſſarias competentiæ lites ſibi invicem moverent, Turcæ verò temporis jacturam eâ de causâ pati detrectarent, tandem communi, tam ipſorum, qvàm DD. Mediatorum & Noſtrûm conſenſu reſolutum fuit, ut nullus circa conferentias ordo ( ſiqvidem nemini placeat ) obſervetur, ſed cuiqve pro rerum connexione, & ſuâ etiam convenientiâ dies petatur, ac concedatur, arbitrio DD. Mediatorum ac Turcicorum Plenipotentiariorum figendus. Interim tamen tam ob expreſſam fundamenti Pacis acceptationem ( qvæ tacitæ meritò prævalet ) qvàm confiniorum, ubi nos tractare deſinimus, coniunctionem reſpectu Dalmatiæ, hodie cum Veneto tractare cupiunt, tum & reliqvorum ſucceſſivè rationem haberi volunt : neqve nobis eatenus aliud qvidpiam reponere viſum fuit, cùm qvoad ſubſtantiam nemini Confœderatorum præiudicium qvodpiam accidat : Paxqve non aliter, ac communi omnium ſatisfactione Generalis fiat, neqve ordo, ubi non eſt, turbari poſſit. Qvamobrem Excellentia etiam Veſtra pro cōmoditate propria tempus ſibi petere à DD. Mediatoribus, eoqve uti pro libitu poterit, de nobis ſecura, qvòd & ſi mutato ob hanc ordinis difficultatem, etiam ipſius tractatûs modo, cōferentiis cum Dominis Confœderatis ordinariè non aſſideamus, officiis tamen Noſtris, ubicunqve opus fuerit, omni poſſibili promptitudine neqvaqvam defuturi ſimus. Qvod Excellentia Veſtra de tribus ſeptimanis otioſè deperditis meminit, Nobis imputari haud poteſt; ſed illis, qvi ab initio Futakinum ad nos convento modo accedere diſtulerunt, ubi præveniendis qvibusvis eiuſmodi difficultatibus tempus vel maximè opportunum conſtitueramus. Cæterùm eidem obſeqviorum Noſtrorū commendationem repetimus, manemuſqve.

*Kiedy*

Kiedy áni ratio valebat, áni ſubmiſſæ przez liſty petitiones záwźięte ná honor Polſki miękczyć niezdołáły ſercá; nieodbiegáiąc iednák wſzelkich rátowánia ſię ſpoſobow, iáchał IegoMość Pan Woiewodá do Posłow Ceſárſkich: tám cum ſumma doloris amaritudine umawiáiąc ſie w krzywdźie ſwoiey, wſpomniał modeſtiſſimè meritum Principum, y cáłey Rzeczypoſpolitey Polſkiey, zácząwſzy ab obſidione Viennenſi: kiedy to iuż hoſtis prævaluerat potentiâ, prawie grożąc cáłey Auſtryi iugo, ná iedno Ceſárzá IegoMośći wezwánie; nie tylko Woyſká, ále qvid carius Oſobę nieśmiertelney pámięći KROLA IegoMośći IANA Trzećiego Rzeczpoſpolita in ſuffragium pozwoliłá. Venerat ultor Chrześćiáńſkiey krwie, fortiſſimo pectore zásłoniwſzy Páńſtwá Ceſárzá IegoMośći, vitam fortunaſq́; reſtituit populo, ná ten czás meminit hoſtis, teraz ingrata cœpit amicum oblivio. Wſpomniał erogowánych ták wiele ná Woyſká millionow, wſtrzymuiąc potentias Białohorodzckich, Oczakowſkich, Náháyſkich, Budźiáckich, Krymſkich, &c. Ord. Wſpomniał ták wiele z Woyſkámi ná Budźiaki, ſupra deſerta Valachiæ loca, záwodow, chcąc ſię łączyć cum Potentiis Ceſárzá IegoMośći: wſpomniał dla przyczynienia śił Chrześćiáńſtwu wćiągnienie w ligę Cárá Moſkiewſkiego, uſtępuiąc pro munere od Páńſtw Polſkich Woiewodztw, Kijowſkiego, Smoleńſkiego, Czerniechowſkiego, Záporożá y Zadnieprzá Prowincyi. Wſpomniał, prowádząc dla ligi Woynę, Vkráiny, Podola, Pokućia, Wołyniá, y Ziemi Woiewodztwá Ruſkiego zniſzczenie: Rzeczpoſpolitą ná kilkádźieśiąt millionow wdług u Woyſká wprowádzenie &c. &c. Wſzytko to máłą ználázło konſyderácyą, kiedy przy ſolenney iego prośbie, áby intereſom Polſkim pomogli, te dwie wytárgował słowká: videbimus cum tempore. Zadney tedy w krzywdźie ſwoiey nieznawſzy ſatisfákcyi, słábą w przyſzłey pomocy zważywſzy nádźieię, fatis ſe permittendo, negocyácyą Tractatûs, podług náznáczonego od IchMośćiow Pánow Medyátorow terminu, die 21. Novembris ſzczęśliwie záczął.

Naprzod: tráktowánia był locus intermedius między Woyſkámi, Niemieckim á Tureckim, ná Vroczyſku Kárłowicu názwánymi w Syrmii między Peterwáradynem á Salakamen; gdźie dom congreſſui zbudowány in qvadratum. Do tego domu weśćia od káżdego Plenipotentiariorum ſubſyſtencyi w pośrzodku domu izbá, w ktorey Plenipotentiarijs krzesłá y ſtoliki, itidem ex oppoſito weśćia poſtáwione w pośrzodku, ták, że káżdy przyieżdzáiący, abſq́; qvalibet cæremonia capiebat locum. Gdźie condignè cum ſuo comitatu w áſſiſtencyi Ráytáryi Niemieckich przybywſzy IegoMość Pan Woiewodá, cæpit locum ſuum: potym powſtawſzy wſzyſcy viciſſim

*powitáli się, á tak* perventum ad productionem Instrumentorũ concessæ sibi *od Pryncypałow* ad tractandam pacem facultatis, qvorum tenor.

## *Diploma concessæ facultatis ad tractandam Pacem, Legatis Plenipotentiarijs Excelsi Imperij.*

Prænobilis inter viros Magnates & honoratos, exornate dotibus & Prærogativis, & clementiâ æterni Regis decorate præsens Excelsi Imperij Magne Cancellarie Mechmet Efendi, cujus Magnitudo perennet; & Excelsi mei Imperii ab intimis secretis, Illustrissime inter conspicuos Magnates Gentis Messiæ, & circumspecte, inter elatos Christianæ Nationis Dne Alexander de nobili stirpe Scarlati; qvando Nostrum hoc imperiale diploma ad manus Vestras pervenerit, notum compertumq; habeatis, cùm gloriosi inter Magnos Christianos Principes, & Maximi inter amplissimos Dominatores Gentis Messiæ, moderatores eximiorum negotiorum Christianarum Rerumpublicarũ amici Nostri, Rex Magnæ Britanniæ, & Dni Statûs Generales Niderlandenses, quibus Deus concedat optimum finem, cum salute & integritate, interposuerint à Nobis acceptatam & æstimatam suam mediationem ad Tractatus Pacis, & perfectionẽ iterum cum amicitiæ renovatione inter Nos, & Gloriosos inter Magnos Principes Christianos, & Maximos inter amplissimos Dominatores Gentis Messiæ, & moderatorum eximiorũ negotiorum Christianarum Rerumpublicarum, ornatos Chlamyde amplitudinis & honoris, insignitos argumentis magnitudinis & gloriæ: sublimem & Augustum Romanorum Imperatorem, & confœderatos eiusdem, Regem & Rempublicam Polonorum, ac Moschovitarum Carum & Ducem, ac Venetã Rempublicam; qvibus Deus concedat optimum finem cum salute & integritate: Vos excelso meo Imperio fidissimos existẽtes, fuisse à meâ Regiâ Maiestate declaratos Legatos Plenipotentiarios, & universali facultate, ac perfecta authoritate instructos. Sicut igitur deputati atq; iussi estis, euntes ad idoneum locum, favente Deo, cum Plenipotentiarijs Principum Confœderatorum conveneritis, tractabitis in genere, & in specie attinentia ad pacem, & terminabitis, ac perficietis, & concludetis, hunc pacis Tractatum. Et qvidqvid acceptatum & ratum erit à

erit à vobis, atqve continebitur in instrumentis, qvæ dabitis; omnino & universim acceptum erit & ratum à Mea Maiestate. Neq; fieri poterit unqvam, ut ab Excellentissimo meo Imperio admittatur actus aliqvis, aut dispositio in oppositum: atqve propterea, ut sicuti demandatum est vobis, satagere debeatis, ut hic almus Tractatus perficiatur, atqve concludatur. Editum est hoc imperiale sacrum & sublime meum edictum; qvòd cùm ad Manus Vestras pervenerit, tenore prædicto, iuxta hoc, obedientiâ, & promptâ executione dignum Imperiale meum mandatum agatis. Ita sciatis atqve signo Imperiali fidem præstetis. Dat. mediis diebus Mensis Mucharrem. Anno 1110. in Castris propè Sophiam. Copiam hanc cum vero originali per Interpretem Cæsareum collatam, eidemq; per omnia conformem inventam esse attestor ego Sacræ Cæsareæ Maiestatis Consiliarius aulæ, bellicus & Legationis ad tractandam Pacem Secretarius. Ioannes Tiell.

## *Copia Plenipotentiæ ad Tractandam Pacem à Rege Angliæ data* die 15. Martij 1698.

VILHELMVS III. Dei Gratiâ Magnæ Britanniæ, Franciæ & Hyberniæ Rex, Fidei Defensor, Omnibus & singulis, ad qvos præsentes literæ pervenerint, salutem. Cùm pro veteri illâ amicitiâ, qvæ Nobis tam cum Serenissimo Principe & Domino, Domino LEOPOLDO Divinâ favente clementiâ Electo Romanorum Imperatore semper Augusto, qvàm cum Serenissimo Turcarum Imperatore intercessit, maximè cupiamus, ut bellum illud atrox, qvod à plurimis retro annis inter potentissima illa imperia sæviit, amicè componatur: sciatis, qvòd nos fide, industriâ, prudentiâq;, per qvam fidelis & dilecti Nostri Vilhelmi Domini Pagett, Baronis de Beaudeserd in Comitatu Nostro Staferdiensi, eiusdemqve Comitatûs locum tenentis Nostri, Legatiq; apud prædictum Turcarum Imperatorem, plurimùm confisi, ipsum nominavimus, fecimus, constituimus & deputavimus Nostrum verum, certum, indubitatum Legatum, Commissarium, Deputatum Plenipotentiarium pro Tractatu pacis, aut freugæ, inter prædictas partes belligerantes, earumqve socios Fœderatos habendo; dantes eidem & concedentes omnem, & omnimodam potestatem, facultatem, authoritatemqve, nec non mandatum generale pariter ac speciale, pro Nobis, & Nomine Nostro, interponendi officia

omnia mediatoria, ad extingvendum hoc bellum, & componendas terminandasq; qvascunqve lites & controversias, inter dictum Serenissimum Romanorum Imperatorem, eiusqve Fœderatos ex una parte, & ex altera parte dictum Serenissimum Turcarum Imperatorem, eiusqve Fœderatos, atqve de firma & stabili pace aut freugâ tractandi & concludendi. Idq; omne, qvod hîc inde conclusum conventumqve fuerit, pro Nobis & Nostro Nomine, tanqvam pacis Mediatoris, signandi, superqve conclusis, instrumenta, qvæ necessaria fuerint, conficiendi, mutuòqve extradendi, recipiendiq;. Dantes, & ulteriùs concedentes Legato Nostro supradicto potestatem, authoritatemqve ( si qvando Deo Optimo Maximo benignè visum fuerit, ut pacis aut freugæ Tractatus concludatur, & ad optimum finem deducatur ) pro Nobis & Nomine Nostro interponendi, & declarādi omni meliori modo & formâ, Guarantiam Nostram dicti Tractatûs, qvantùm ad eiusdem approbationē & ratificationem à parte Serenissimi Romanorum Imperatoris obtinendam spectare possit, & generatim ea omnia tractandi & faciendi, qvæ in, & super præmissis, vel eorum qvælibet necessaria, qvoqvo modo, vel opportuna videbuntur; spondentes & in Verbo Regio promittentes: Nos omnia & singula, qvæcunq; à dicto Nostro Legato vi præsentium transigi, concludi & concordari contigerit, grata & rata, & acceptata habituros. In qvorum omnium maiorem fidem & robur, præsentes manu Nostra Regiâ signatas, Magno Nostro Angliæ sigillo communiri jussimus. Qvæ dabantur in Palatio Nostro de Kensirigdon. Die 15. Mensis Martij Anno Domini 1698. Regni autem Nostri Decimo.

VILHELMVS Tertius, Rex.

## *Copia Plenipotentiæ Ordinum Generalium Vnitarum Belgij Provinciarum.*

Ordines Generales Vnitarum Belgij Provinciarum, omnibus & singulis, qvorum interest, aut qvomodolibet interesse poterit, salutem. Notum testatumq; facimus, qvam pro veteri illâ amicitiâ, qvæ Nobis tam cum Serenissimo, Potentissimo & Invictissimo Principe, ac Domino, Domino LEOPOLDO, Divinâ favente clementiâ Electo Romanorum Imperatore semper Augusto, qvàm cum Serenissimo, Potentissimo & Invictissimo latepatentis Regni Otthomanici Imperatore intercessit, maximè

cupiamus

cupiamus, ut bellum illud, qvòd à plurimis retro annis inter potentissima illa Imperia sævijt, amicè componatur. Nos itaqve, fide, industriâ, prudentiâqve, perqvam fidelis & dilecti Nostri Iacobi Colliger, Legati Nostri apud Turcarum Imperatorem, plurimùm confisi, ipsum nominasse, fecisse, constituisse & deputavisse; qvemadmodum nominamus, facimus, constituimus & deputamus per præsentes, Nostrum verum, certum & indubitatum Legatum, Commissarium, Deputatum, & Plenipotentiarium, pro Tractatu Pacis aut Freugæ, inter prædictas partes belligerantes, earumqve socios & fœderatos habendo: dantes eidem & concedentes omnem & omnimodã potestatem, & facultatem, authoritatemq; nec non mandatum, generale, pariter ac speciale, pro Nobis, & Nomine Nostro, interponendi officia omnia Mediatoria, ad extingvendum hoc bellum, & componendas terminandasqve qvascunqve lites & controversias, inter dictum Serenissimum, Potentissimum, & Invictissimum Romanorum Imperatorem, eiusqve fœderatos ex una parte, & dictum Serenissimum & Invictissimum Turcarum Imperatorem eiusqve fæderatos ex altera parte, atqve de firma & stabili pace, vel saltim Freuga, tractandi & concludendi. Idqve omne, qvod hinc inde conventum conclusumqve fuerit, pro Nobis & Nostro Nomine, tanqvam pacis mediatorem signandi, superqve conclusis Instrumenta, qvæ necessaria fuerint, conficiendi, mutuòq; extradendi recipiendiqve: dantes, & ulteriùs concedentes Legato Nostro supradicto potestatem authoritatemqve (si qvando Deo Optimo Maximo benignè visum fuerit pacis aut Freugæ Tractatus concludatur, & ad optatum finem deducatur) pro Nobis & Nomine Nostro interponendi, & declarandi omni meliori forma & modo Guarantiam Nostram dicti Tractatûs, qvantùm ad eiusdem approbationem & ratihabitionem, à parte Serenissimi & Potentissimi Invictissimiqve Romanorum Imperatoris obtinenda spectare possit; & generatim ea omnia tractandi & faciendi, qvæ ex insuper præmissis, vel eorum qvælibet necessaria, qvoqvo modo, vel opportuna videbuntur: spondentes & bona fide promittentes, Nos omnia & singula, qvæcunqve à dicto Nostro Legato, vi præsentium transigi, concludi, & concordari contigerit, grata, rata, & accepta habituros. In qvorum omnium fidem, hasce Sigillo Nostro maiori muniri, & per consensûs Nostri præsidem signari curavimus; & subscribi iussimus.

Actum Comitum die 24. Mensis Martii Anno Domini 1698. Ad Mandatum ante memoratorum Dominorum Ordinum Generalium W. de Nassau. ( L. S. ) F. Fagel.

## *Diploma concessæ facultatis ad tractandam Pacem Jáśnie Wielmożnemu IMśći Pánu Woiewodźie.*

Nos AVGVSTVS II. Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Volhiniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, & aliarum. Nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ, & Princeps Elector &c.

Notum testatumqve facimus, qvorum interest universis & singulis. Qvomodo receptâ intra hosce ipsos dies amicâ, ex nexu Fœderis sacri à Serenissimo & Potentissimo Romanorũ Imperátore notificatione, de reassumendo rursus eundem inter Serenissimum Imperatorem & Nos, atqve Rempublicã Nostrã, aliosq; Christianos Fœderatos ab una, & Fulgidam Portam Otthomanicam ab altera, partibus; pacis utiliter stipulando Tractatu; eâ, qvâ potuimus expedire celeritate, ad salutare hoc populis diuturni belli calamitate afflictis, opus; in verum ac legitimum Plenipotentiarium, & Magnum Legatum Nostrum destinavimus & ordinavimus, Illustrem & Magnificum Comitem Stanislaum in Moszczenica, Rękoray, & Końskie Małáchowski, Palatinum Posnaniensem, Terræ Lucoviensis Castrensem, & Krzeczoviensem Gubernatorem : uti qvidem præsentibus destinamus & ordinamus, ex Senatûs Consilio : Dantes & cõcedentes illi plenariam, ac omnimodã facultatem, negotiũ hoc Pacis omni meliori modo in rem Nostram, atqve Reipublicæ, iuxta Instructionem datam, tractandi, peragendi & acceptandi. Promittimus autem in verbo Nostro Regio, Nos, qvidqvid per ipsum taliter gestum, actum, acceptatumqve fuerit, pro rato & grato habituros esse. Harum literarum testimonio ac vigore, in Majorem fidem Sigillo Publico, Manuqve Nostrâ communitarũ. Dabantur ad Castra Nostra Regia in suburbiis Leopolis, die 5. Mensis Septembris. Anno Dni 1698. Regni verò Nostri Secundo.

AVGVSTVS Rex

Stanislaus Szczuká Referend: & Regens Regni.

Instru-

Inſtructio Sacræ Regiæ Maieſtatis Domini Noſtri Clemē-tiſſimi, ad Tractatum Pacis ſimultaneæ, cum Colligatis Chri-ſtianorum ab unâ, & Portâ Otthomanicâ ex altera, partibus, conciliandæ; Illuſtri & Magnifico Stanislao, Comiti in Mo-ſzczenica, Rękoray, & Końſkie, Małachowſki, Palatino Poſna-nienſi, Terræ Lucovienſis Caſtrenſi, & Krzeczovienſi Guberna-tori; Magno Legato atqve Plenipotentiario Regio, & Reipu-blicæ, data in Cancellaria Regni, die 5ta Septembris. Anno Domini 1697.

1mo. Illuſtris & Magnificus Legatus Plenipotentiarius, receptâ hâc ex Cancellariâ atqve Theſauro Regni expeditio-ne, qvamprimùm accinget ſe itineri, rectà per Hungariã ver-sùs Salakemen locum, qvi pro Congreſſu ad Tractatum hunc deſtinatus eſt.

2do. Apparatum, decorem aulæ, atqve honores debitos Reipublicæ habere, ſervare, ac proferre omnino curabit, qvò avita Regni huius, ac Nominis Sacræ Regiæ Maieſtatis Dni Noſtri Clementiſſimi gloria, non retineri modò ſed augeri va-leat. Vt verò aula atqve Comitatus ſuus bene ac decenter agi qveat, habebit ordinariam Magnis Legatis facultatem, & pote-ſtatem iudicandi, ac decidendi omnes intervenientes caſus.

3tio. Cùm Tractatûs iſtius fundamentum rationibus Re-gni Noſtri contrarium, Nobis inſciis, per Sereniſſimum Ro-manorum Imperatorem, atqve Rempublicam Venetam, ſuo & Noſtro Nomine, cum Porta Otthomana peractum ſit, nēpe : *uti poſſidetis ita poſſidete*; præ primis & ante omnia annitetur de-clarari Regulam hanc & fundamentum, *uti poſſidetis*, neqvaqvã involvere poſſeſſionem Cameneci Podoliæ in manu Turcarum, cùm de eo ſemper, & per omnes Tractatus, ſeorſiva ac ſpeci-cialis integrè reſtituendi præcuſtodita fuerit conditio.

4to. Tali igitur ſecuritate atqve exemptione Cameneci, ex *uti poſſidetis*, integrè Regno huic reſtituendi habitâ, ac ſti-pulatâ, nec non declaratâ perpetuâ, ad Podoliam & Vkrainã, ſangvine ac tantis Reipublicæ impendiis iam pridem per Dei gratiam vindicatas, qvorumvis Pactorum, ac in univerſum o-mnis cuiuscunqve prætenſionis, ad liberrimum hocce Regnum, etiam donativi Tartarorum, vulgò *Kożuchy*, abolitione & caſ-ſatione, pro primo gradu, promovebit in ſolatium damnorum, deperditarumqve Provinciarum, Terras Valachiæ, & Moldaviæ cum Budziak, prout in ſuis ſunt circumferentiis, Regno No-ſtro, perpetuò, ut iam olim pertinebant attribuendas.

Qvodſi huic gradui apponatur fundamentum, *uti poſſidetis*, inſtituet congreſſum cum Legatis Chriſtianorum, præcipuè Sereniſſimi Imperatoris, repræſentabitqve fundamentũ hoc ſine Nobis, contra Nos acceptatum eſſe: aliàs qva ratione penſandæ Nobis erunt Provinciæ, Kiioviæ, Smolenſciæ, Starodubovíæ, Czerniechoviæ? totaqve Terra trans Boriſthenem, atq; Zaporoſia, in gratiã Fœderis ſacri ad Moſchoviam avulſæ? qvo loco exaggeranda damna, deſolationes Regni, perditi non ſemel Exercitus, factæ per utiles pro Sereniſſimo Imperatore diverſiones, uti teſtantur; expugnatum Budinum eo anno, qvo Illuſtris & Magnificus Dux Iabłonovius, poſt ſylvas Bucovienſes, Exercitibus Turcarum cum Seraſkiero, atqve Crimenſibus Białogrodenſibusqve Tartaris cum Hano, occurrens, memorabili per continuos novem dies conflictu eoſdem fatigavit; ac apertâ ſibi per paſſus inſuperabiles Bucovienſes viâ eluſit. Captum Eſſecium eo tempore, qvo divæ memoriæ Sereniſſimus Rex, ingreſſus oras Budziacenſes, Seraſkierum cum Exercitu Turcarũ, atqve Hanum cum univerſis Ordis contra ſe ſuſtinuit; egeſti deniqve iam ducenti, debiti adhuc & inſoluti Exercitui triginta milliones; pro qvorũ notiori expreſſione, ſuppeditatur hîc copia Inſtructionis recentis, ad Sereniſſimum Imperatorem ablegato extraordinario, Reverendo in Chriſto, Ioanni Gomolińſki, Nominato Kiioviæ Epiſcopo datæ, ſatis diſertè cõmemorantis præmiſſa omnia.

6to. Poſt omnem navatam induſtriam atqve operam, ſi gradus iſte nullatenus ſucceſſerit, ſtabit in ſecundo immobilis, retinendæ ſcilicet ( eiectis tamen ac tranſportatis omnibus in Aſiam Tartaris ex Budziak ) Moldaviæ integræ; idqve iam ex fundamento, *uti poſſidetis*, Capitalis enim Moldaviæ Iaſſy, adhuc Anno 1686. Regi in Perſona ibidem exiſtenti, iuramentũ fidelitatis præſtitit; atqve obſidem Fidei ſuæ Archiepiſcopum ſuum in Manus Regis tradidit, ab hoc gradu recedere non poterit, niſi periculum rumpendi Tractatûs, atq; contra ſolum Regnum Noſtrum reſtandi belli Turcici præviderit.

7mo. Pro tertio & ultimo gradu, ſuppoſito ſemper integrè reſtituendo Cameneco, atqve abolitione omnium Pactorum, ex cuiusvis prætenſione, nec non translatione Tartarorum Nahaienſium ex Budziak, ut iam ſupra inſinuatum eſt; perſiſtet circa Territoria & Diſtrictus Moldaviæ, actualiter à Noſtris Militibus & Præſidijs poſſeſſos, videlicet: circa Czerniechovienſem, Soczavienſem, Niamcenſem, Dorohvienſem,

Choti-

Chotimensem, & Sorocensem, iuxta suos limites antiqvos & dependentias, ita, ut limes sit ulterior Fluvius Tyras protensivè ad Mare nigrum. Ab eo gradu non poterit dimoveri, nec habebit facultatem, nisi priùs captâ à Serenissima Regia Majestate nova resolutione, casu qvo illa necessaria fuerit.

8vo. Ordinem tractandi negotij, utrum scilicet omnes insimul Legati Christiani per primos suos gradus, tandem per secundos, & sic ad ultimum se expedire, & finaliter resolvere; an verò per potioritatem temporis sacri Fœderis, unusqvisqve integrum suum Tractatum absolvere debeant; relinqvit Sacra Regia Maiestas, Dominus Meus Clementissimus prudentiæ Magni Legati. Videtur tamen magis esse naturalis simultaneo Tractatui modus, absolvendi per gradus omniū Legatorum simul & semel : sed huius resolutio melior ex re oculis subiectâ fieri poterit.

9no. De compensandis damnis, per Turcas & Tartaros, antiqvioribus & recentioribus, nihil qvidem in gradibus insinuatum est, sed per omnes curabit pro sua industriâ cōpensationē eorum promoveri, qvantùm fieri poterit. Eorundem qvoqve damnorū, à Serenissimo Imperatore urgebit redintegrationem, si ibidem dabitur occasio; vel saltem præcavebit securitatē conveniendi de ijsdem compensandis, non solùm ex rationibus supra positis, sed etiā ex capite retentarum, vel aliò distractarum Decimarū, de Regno scilicet Neapolitano & Siciliæ, Nobismet solis per Fœdus applicatarū.

10. Terra Sancta, ac locus Passionis Dominicæ Dni Nostri IESV CHRISTI, qvatenus, prout olim, ita nunc habeatur in administratione & Cura Ritûs Catholici Romani, Religiosorū Patrum Bernardinorum, vulgò Franki, omnino promovebit, ac obtinere curabit.

11mo. Cùm in Tractatibus omnibus, bene ac faciliter obtinendis, plurimùm intersit, favores multorum comparare, studebit omni opera lucrari Hani Tartarorū, Comitis Thokielii, Interpretis Maurocordati, aliorūqve, qvos valere cognoverit, secretam pro partibus Nostris assistentiā, & adjutorium apud Ministros Portæ.

12do. Non ideo tamen naturalē cursum qværendæ omnis amicitiæ atqve gratiæ Ministrorum Mediantiū Potestatum intermittet, qvinimo illos præ primis favorabiles partibus Nostris reddere, omni, qvo poterit, curabit modo; ad qvos etiam conciliandos literas à Sacra Regia Maiestate accipiet.

13tio. Singularem qvoqve habiturus est amicitiam atq; Confidentiam cum Legato Moschoviæ, cuius junctâ operâ, faciliùs negotium hoc in partē Reipublicæ succedere poterit.

14to. Restitutionem omnium Captivorum, tam à Turcis, qvàm à Tartaris urgere, atqve procurare non intermittet.

15to. Singularis curanda est in eo Tractatu cautio, nè post factam pacem, Tartari ordinarias insolentias atq; excursiones in Regnum, qvovis obtentu attentare præsumant, taliqve casu, in satisfactionem ministrandæ per fulgidam Portam justitiæ, damna omnia illata per eandem refundatur, atq; Hanus Crimensis ex officio deponatur, uti violator Pacis.

16to. Instrumentum demum ultimariæ Legationis, & qvæ circa eandem sunt, habere ad manus curabit.

17mo. Ex instantissima recommendatione Sacræ Sedis, unito cum alijs Legatis Christianorum Cońsilio, promovere in articulos Pacis annitetur, qvatenus Patriarcha Syriæ Ritûs uniti Græci, detrusus ex sua sede astu Schismaticorum, restituatur in possessionem eiusdem, eâdemqve ipse & sui successores fruantur in futurùm, sine qvavis persecutione. Catholicis demum omnibus in statu Turcico existentibus, qvatenus Privilegia antiqva reddantur, cum libera Ecclesiarum ædificatione, antiqvarumqve reparatione, extra omnem persecutionem & Iurisdictionem Patriarcharum Ritûs schismatici Græci.

18vo. Moldavis qvoqve ac Valachis curandū erit, eâdem communi operâ Christianarum Potentiarum, ut à iugo servitutis, hactenus imponi solito, sint liberi; ac si poterit obtineri, relinqvantur in statu libero eligendi Reges Poloniæ in suos Patronos, iure homagiali, sintqve comprehensi eodem sacro Fœdere.

19no. Ad Securitatem Commerciorum, qvæ omni meliori modo stabilienda sunt, pertinet, qvatenus post initam Pacem, licitum ac liberum sit omnibus Armenis, Græcis, alijsqve Mercatoribus Regni, & Magni Ducatûs Lithvaniæ, tum qvibusvis hominibus, literas passûs Sacræ Regiæ Maiestatis habentibus, securè ac sine qvavis depactatione transire per Budziak, Trapesontum, & Arzerum, omnesqve alias Turcicas partes.

20mo. Deniqve qvatenus tam Trapesonti & Arzeromi, atqve in Budziak, qvàm etiam in Crimea Caffa, & Baccisarai, licitum sit, destinatis à Sacra Regia Maiestate, Domino Nostro Clementissimo, pro reqvirendis & retrahendis Captivis de-

vis degere, ac commorari, sine persecutione & cuiuspiam per-
horrescentiâ.

21mo. Correspondentiam rectam atqve punctualem cum Sacra Regia Maiestate, eiusqve Ministris instituere, atq; qvantò celeriorem omni meliori modo curabit. Eandem qvoqve Viennæ, si opus fuerit, cum Reverendo Ioanne Gomoliński Nominato Episcopo Kijoviæ, extraordinario Regio Ablegato observare recordabitur.

Reliqva in eosdem fines diligenter ac utiliter peragenda, illibatæ Fidei, Conscientiæ, activitati, dexteritati & prudentiæ committuntur.

Ad Mandatum Sacræ Regiæ Majestatis
Dni Nostri Clement: proprium,
*Stanislaus Szczuká*
*Referend: Regni.*

Post traditionem sibi invicem Instrumentorum, *y po zo-*
*ſtáwieniu onych, pożądánego* in ulteriori cursu Tractatûs, *ieden*
*drugiemu życząc* eventum, *nie máły tym Komplementem zábráli czás,*
*dálſzy zás* absqve seriis controversiis interlocutoriè *trawili, ſtroná*
*ſtronę porozumiewáiąc;* his agitantibus *słońce* ad occasum *ſchylone*
integrum negotium distulit *do przyſzłey konferencyi, to ieſt* ad 22.
eiusdem. *Tego dniá po południu o trzeciey, iuż* absqve omnibus so-
lennitatibus *przybył Iego Mość Pan Woiewodá* in horam destina-
tam, *tam po krotkiey Ceremoniey przyſtąpili* ad fundamentum pa-
cis, uti possidetis, ita porro possideatis, solenniter reqvisitus *od*
*Posłá Angielſkiego Medyatorá, ieżeli* hanc regulam positi funda-
menti acceptat, aut non? iterum *od Olęnderſkiego*, tertiò à Ple-
nipotentiariis Turcicis; *odpowiedźiał, wprzod* cavendo *ſobie* in-
tegram cum omni apparatu bellico generaliter, *nic nie excypu-*
*iąc* restitutionem *Kámieńca*, abolitionem *donátywy*, vulgò *Kozu-*
*chowego* nullam controversiam *cáłych Wołoch, deklárował* in eam
methodum à se suscipi regulam fundamenti positi; *z kąd dopie-*
*ro* controversia. *A naprzod od Posłá Angielſkiego, ktory im* patien-
tissimè & torvo oculo *wysłuchawſzy odpowiedźi, zábrał ſię* ad ex-
plicationem positi fundamenti, *mowiąc, że nieieſteśćie* in possessi-
one *zupełnych Wołoch; Kámieniec zás* in possessione *Turkow, do-*
*nátivum Tátárſkie* separatim *tráktowáne bydź powinno, gdyż* ad
fundamentum positum non spectat. *Potym Turcy* exarserunt, *po-*
*wiádáiąc, że* hac methodo *áni tráktowáć chcą, áni mogą, ponieważ*

*tá illácya w cále ieſt* contraria conceſſioni *od Ceſárzá Tureckiego* facultatis. *Kiedy tedy* pertinaciter circa ſuas propoſitiones *ſtawáiące obiedwie ſtrony zważyli Medyátorowie*, faciliora ac faciliora in futurum ominando, *ſolwowáli ſeſſyą. Po tey konferencyi powracáiący IegoMość Pán Woiewodá wſtąpił do IchMośćiow Pánow Ceſárſkich Posłow*, implorando opem, ut juvent, & meliori gratâ favoribus recommendent *IchMośćiom Pánom Medyátorom intereſſá Polſkie, donoſząc, że* ullo poſſibili modo *od ſwoiey deklárowáney propozycyi odſtąpić nie może, dekláruiąc, ieżeli* merita *Rzeczypoſpolitey Polſkiey* nullam *u nich* habeant reſpectum, *przynamniż* habeant conſiderationem *zasług Naiáśnieyſzego KROLA IegoMośći teráźnieyſzego, ſczęśliwie nam Pánuiącego, ktore świádczył ná usłudze Ceſárzá IegoMośći, będąc czás nie máły Woyſk iego* Generaliſſimus Gubernator, cum diſpendio *zdrowia y fortuny. Deklárowáli ſie* aſſiſtere rebus Noſtris *IchMość PP. Ceſárſcy, to* intimando, *iż wyrozumieli z IchMośćiow Pánow Medyátorow, że Turcy* nec partem minimam *Wołoſkiey Ziemi uſtąpią, áni też powrocą Kámieńcá* abſqve demolitione; *potym prośili IegoMośći Paná Woiewody, áby ták świątobliwe pokoiu dzieło*, tam difficili *nietrudnił* propoſitione; iterum atqve iterum *proteſtował ſię przed niemi, że ſwoiey propozycyi odſtąpić niemoże*, etiamſi ſubſeqvatur periculum Tractatûs, *ktory ieżeliby miał żadnego Polſzcze nie przynieść pożytku*, ſatiùs *dobrą* proſeqvi *woynę, przy ták licznych KROLA IegoMośći Woyſkách, ániżeli zły przyiąć pokoy. Potym* reqviſivit, *żeby go informowáli* de ſtatu *ſwoiego Traktátu*, in qvibus hæreat terminis : *odpowiedźieli, że idą ná náznáczoną ſobie* pro die 1. Decembris *konferencyą, y tám* finaliter concludent, *będąc iuż* in ultimis gradibus. *Potym názaiutrz posłał mnie do Posłá Moſkiewſkiego* cum intimatione, *iż z wielką trudnośćią* & vix ſpe boni eventûs *idą mu rzeczy Polſkie; więc potrzebá, áby* ſecundùm Pacta *wiecznego z niemi pokoiu, doſkonále* aſſiſtat : *odpowiedźiał, ieżeli ſię zemną o przeſzłe inkonweniencye Poseł Polſki poiedna, ná ten czás ſwoię ofiáruię interpozycyą. Wyrażáło mu ſię doſyć* ſufficienter, *że to inſzą drogą* læſus honor Principis *chodźi*, neqꝫ eſt poteſtatis *IegoMośći Páná Woiewody, ále ſámego Pryncypałá y cáłey Rzeczypoſpolitey Polſkiey; ná to odpowiedź taka : ponieważ niechce Poseł Polſki ná tym mieyſcu rekoncyliácyi zemną, więc wracáć będę* per Ducalem Pruſſiam. *Odpowiedźiáło ſię y ná to, iż te drogi śiłę wezmą czáſu, ponieważby y náſzemu Posłowi ná Krym do Wárſzáwy powracáć przyſzło. Obiedwie tedy deklárácye, ták IchMośćiow PP. Ceſárſkich, iáko y Posłá Moſkiewſkiego przydáły do myślenia.*

*ślenia.*

*ślenia. Názáiutrz posłał mie do Posłá Weneckiego*, tanqvam ad
Fœderatum, *prosząc, áżeby on przynamniey*, ex pietate Christia-
na succurrat rebus Nostris, *y nierozdźielnie trzymáć się z nim ra-*
*czył; obiecuiąc, że też w iego Propozycyách* firmiter assistet, *y nie*
*pierwey swoy Tráktat zákończyć usiłowáć będźie, pokiby iego* deside-
rijs *zá dosyć się nie stáło : ten większą máiąc w promocyi Cesárskich*
*Posłow nádzieię*, indifferentem *pokazał się*. Intra hoc spatium
*czásu, przychodzi wiádomość z Polski nie bárdzo* in consolationem,
*kiedy donoszą pierwey* de conflictu *Woyská náßego z nieporownáną*
*potencyą Tátarską, druga, że Xiążę Brándeburskie* hostilibus armis
*wźiął Elbląg*, & ultra progredi conatur; *co* comprobavit *list od*
*KROLA IegoMośći Paná Náßego Miłościwego, tákoweż w sobie*
*máiący* contenta. Multa gemens, magnoqve animum labefactus
amore *Oyczyżny miłey, Boskiey się oddawßy opiece*, à qvo sancta
desideria, recta consilia, & justa sunt opera, *czeka* impatiens
*przyßłey konferencyi, ktorá* orto sole die 3tia. Decembris *nástąpi-*
*ła*. Itidem absqve omnibus solennitatibus, *ná náznáczoną stáie*
*godźinę*; tam vicissim *przy záczęćiu*, unus ab altero favorabilia
ra sperando, poscit. *IegoMość Pán Woiewodá, ná czym przeßłá*
hæserat *konferencya, przypomniawßy, żadną miárą* à suo proposi-
to, discedere *deklárnie. Potym Medyator Angielski wziąwßy ná*
*stronę Polskiego Posłá, perswáduie, áżeby* civiliùs in proponendis
*z Turkámi się stáwiał, opisuiąc ich w trákcowániu zwyczay. Iego-*
*Mość Pan Woiewodá* pro informatione *podźiękowawßy*,
itidem *prywatnie przy iednákowyż deklárácyi upraßa Me-*
*dyatorá Angielskiego, áżeby nákłonił* per privatam instan-
tiam ad faciliora *Turkow; co kiedy się stáło, záczyna Maurocorda-*
*ti* Plenipotentiarius *Turecki, wywodząc* possessionem locorum
*ták* armis Turcicis, *Kámieńcá, Podola y Vkráiny, iáko też* & No-
stris, *Ziemie Wołoskiey*, & recuperationis *Podolskiego Kráiu*, in-
ter cætera, considerationem *Kámieńcá* maximam, *ták u Turkow,*
*iáko y u nas : u Turkow, że to iest Kámieniec wstęp do cáłego Chrze-*
*śćiáństwá Monárchij, u nas, że to iest* antemurale *Oyczyzny Naßey,*
*ktore zásłánia Vkráinę, Podole y inße Polskie Páństwá*, respicit-
qve *sąśiedzkie Prowincye. Potym, że to Polacy* non obstantibus
Exercitibus Turcicis, loca in desertis Valachiæ Campis, etiam
ipsa deserta *máleńkiemi osádźili Forteczkámi* & Præsidijs, *y więcey,*
*iáko mu się godźiło* pro suo militare interesse. *Iego Mość Pán*
*Woiewodá* exarsit *ná to, wywodząc* per gradus *Kámzánie*
*Polskie*, trophæa, & victorias ex hoste obtentas, *przez Naiá-*
*śnieyßego Nieśmiertelney pámięci IANA Trzećiego Polskiego Królá;*

N *pominą-*

*pominąwszy Choćimskie, Wideńskie &c. nie dawne zá pierwszą Bukowiną spędzenie z polá nieprzyiaćielskiey potencyi, kiedy był y Seráskier* in persona *ze dwudźiestą tyśięcy Turkow, z armatámi,* & omni apparatu bellico : *Hán ze wszytkiemi* generaliter *Ordámi, ktorych połtorákroć sto tyśięcy* adimplebatur numerus, *dla utrzymánia Wołoch, y zásłonienia kráiu. Potym pominąwszy insze, Budźiácka gdźie sam* in persona sua *Nieśmierteiney Pámięći wyżey wspomniány KROL Polski, pominąwszy Wołoskiey Ziemi Gránicę, między Budziáckich Tátárow Koczowiskámi* ex hoste struxerat tumulos, *wszytkie* generaliter *iákie tylko zgromádźić się mogły,* in defensionem *swego Páństwá liczyl Tátárow* potentiæ : *z kąd gdy go czás pory woienney powrácał, odebrał* homagium *w Iáśiech od Hospodará Wołoskiego;* in oppignorationem *od tegoż dány Metropolitá Wołoski. Potym osádzenie Soczáwy,* expugnatio *Soroki, gdźie tákże* in persona *znáydował się Sáráskier;* expugnatio *Niemcá, w ktorym znáydowáły się* præsidia *Tureckie; á procz tego* comitabantur gressum victoris ubiqve, *gdźie sto, dwá kroć sto tyśięcy, nigdy mniey nád pięćdźieśiąt, Tátárow; przy ktorych ieżeli nie znáydował się Han, to Sułtan záwsze. Oprocz tego waleczne Hetmánow akcye bez poráchowánia, przy áttaku Kámieńcá, przy zábieraniu po kilkákroć rázy Zachár yi, wyćinaiąc przy niey po kilká tyśięcy Iánczárow, ták, że nieraz spędzony z Polá Kámieniecki Pászá* cum assistentijs Tartaricis, *w sámych Bramách* noverat gladium. *Ták tedy krociuśeńko uspokoiwszy* sinistram interpretationem, *ákcyi Polskich rzeczywistemi dowiodłszy dokumentámi,* rubuit sua verba Delator. Tandem *prośił Medyátor Angielski, áby porzućiwszy* ambages, *ktore bárźiey* irritant, *ániżeli* rem sopiunt, *przystąpili* ad seria : proposuit *rzecz pierwszą,* animamq; Tractatûs, *gránice. Weszły strony* in æmulationem, *Turcy potrzebowáli, áby Iego Mość Pan Woiewodá* proponat, *gránice* pressè, *tylko trzymáiąc się* possessorum. *Iego Mość Pán Woiewodá zás prośił, ážeby Turcy* declarent, *ieżeli* consentiunt *ná to, co przedtym* proposuerat. Inter partes litigantes *do uspokoienia, przymowił się Medyátor Angielski* juxta fundamentum Pacis, teneat qvisqve possessa, *explikuiąc, ták : Turcy Kámieniec* cum adiunctis *podług rozgrániczenia,* prævia demolitione *Okopu Swiętey Troycy. Polacy* circa possessa *Wołoskiey Ziemi. Podobáło się to* mediũ *Turkom, Nas zás* onerabat. *Kiedy tedy być ináczey nie mogło, tu koniunktury w Oyczyźnie Nászey, zápátruiąc się ná tákową woyne, potrzebuią pokoiu,* desiderio *zás Rzeczypospolitey* non apparet *ukontentowánie; tu Niemcy, Moskal,* ultimos *kończą* gradus, periculum in mora, moraqve castigat. Punctum 6tum, septimum, *w instrukcyi*

*ſtukcyi dáney reflektowáć ſię każe, dokładáiąc,* niſi periculum rumpendi Tractatûs, atqve contra ſolum Regnum Noſtrum reſtandi belli Turcici præviderit. Deniqve pro tertio & ultimo gradu, ſuppoſito ſemper integrè reſtituendo Cameneco, atqve abolitione omnium Pactorum & cujusvis prætenſionis, deventum eſt. *Iuż przy dokończeniu ſámym konferencyi, po ſtráconym zupełnym dniu* in concertationibus ad propoſitionem *Angielſkiego Posłá,* commutationis poſſeſſorum, *co* ægrè tulit utraqve pars, *záraz porwawſzy ſie* è ſuis locis *ſolwowáli ſeſſyą do iutrá do ráná,* ſcilicet ad nonam Decembris. *Powracáiący Iego Mość Pan Woiewodá,* implorando opem iterum atq; iterum, *wſtąpił do Ich Mośćiow Panow Posłow Ceſarſkich, pokázuiąc* ſummam conſternationem, *á potym pytáiąc ſie, ieżeli iuż ſkończyli* Tractatum, *czyli nie? odpowiedźieli : że iuż; tylko tráktuią* de tempore evacuationis, & demolitionis, ac diſlimitationis. *Tym bárźiey pomięſzány przypomniał* Pacta ſacri Fœderis, *w ktorych,* ne pars ſine parte Tractatum incat, *dáleko bárźiey* concludat. Reſponſum : *Lubośmy ſkończyli Tráktat Náſz,* hac conditione *iednák że nieprzyſtąpiemy do podpiſu, poki* omnibus Fœderatis *nie ſtánie ſię ſatisfákcya,* & inſtrumentum Pactorum in depoſito *u Ich Mośćiow Panow Medyátorow będźie. Z tąż expoſtulácyą y do Posłá Weneckiego ieźdźił.* Poſt parvum noctis reſpirium, *iáchał* ad congreſſum. In primo exordio *Turcy ſie cofneli, o kommutacyi y wſpomnieć niepozwaláiąc : á ták záſępione ſtrony obroćiły czás* in particularia colloqvia. *Seſſya záś limitowána* ad 10. Decembris. *Powracáiący* ex congreſſu, *kiedy czyni* reflexionem *nád odmiáną w tráktowániu Turkow,* inveſtigare *żdáło mu ſię, ieżeli Poſeł Moſkiewſki nieſkończył Tráktátu; wroćił mnie do Medyátorow, proſząc, áby go* hac de re *informowáli : Medyátorowie maiąc w tym iákiś ſkrupuł,* generali termino in ultimis gradibus *Propozycyi ſwoich być Posłá Moſkiewſkiego powiedźieli; kiedy tedy dobrze* rem acu tangere *niepodobná było, poiechałem do Maurokordátego, inſzą wymyśliwſzy potrzebę; tám záſtałem Ceſárſkiego y Moſkiewſkiego Sekretárzow, ktorzy* ex Turcico idiomate in latinum Inſtrumenta Pacis *przepiſowáli. Ztámtąd wracáiąc, wſtąpiłem do Posłá Moſkiewſkiego,* ſolenniſſimè *mánifeſtuiąc ſię, że ſobie* contra Pacta *wiecznego z námi pokoiu pozwolił,* armiſtitium *uczynył,* nullo intuitu *Intereſſow Polſkich. Z támtąd powrácałem do Posłá Náſzego* cum relatione, *ktorego potym* maior cœpit deſperatio. *Tym bárdźiey nieodwłocząc* 10. Decẽbris, *iechał ná konferencyą, umyśliwſzy ákkommodowáć ſie* tempori & fortunæ. *Záczęłá ſie konferencya* à limitibus; *Iego Mość Pan*

 *Woie-*

*Woiewodá* iterum atqve iterum, *kiedy o zupełne Wołochy* fortiſſime urgebat : *Turcy chcąc ſię pokazác nie tak uporczywemi, expoſtuluią z Medyátorem Angielſkim, áby produkowáł* in ſcripto *dekláracyą Ceſarzá IegoMośći zá nas. Zmięſzał ſię Medyátor Angielſki, powiádáiąc że iey mieć nie może* pro tunc, *między ſkryptámi zámięſzána : tym bárźiey* urgent *Turcy, ażeby bez odwłoki* producat, *powiedáiąc, że z tąd* pendet *pomiárkowánie Náſze z Polakámi : ktorzy niech ſię przeyzrzą,* cuius favorabilior inclinatio, hoſtisne an amici ? *Kiedy to iuż inaczey być nie mogło, produkował ten ſkrypt,* cujus eſſentiale : ſuſceptæ a Nobis Cameneci demolitionis, Fortalitiorum Moldaviæ evacuationis & integræ reſtitutionis. *Zdumiáły* ſupra ſortes *Oyczyzny ſwoiey, ktorey* dare lacrymas non recuſaſſet, *gdyby w iego minę Nieprzyiáćielſkie bez ſpocznienia niewpátrywáło ſię oko :* conſilium vultu tegit, ac ſpem nullā fronte ſerenat. *Gdy tedy* fatum *bárźiey niż słuſznośc kierowáło uſty, mániſeſtuiąc ſię; nim go áſſekurowáć będą w oddániu zupełnego Kámieńcá, w káſſowániu* Donotivum *Tátárſkiego, y wyrzeczenia ſię* qvocunqve prætextu *Vkráiny*, ad commutationem *przyſtąpić niezechcę; ieżeli cokolwiek ſtánowić będźie;* in virtute, *że mu w tym trudnić nie będą. Ná to IchMość Pánowie Medyatorowie iákąkolwiek dawſzy otuchę, wprowádźili* in commutationem; *ktorą* gradatim *czyniąc*, magno ſudore, & qvacunqve poterat arte, *przez dni dwá* inceſſanter *kołátáiąc*, & ad Fœderatos, & ad Mediatores, ultimariè *ledwie nie proſząc kończył z Turkámi.* In eam methodum *układáiąc Páktá*, prout obloqvitur Inſtrumentum Pacis.

## Copia Tractatûs Poloniarum.

## *Hic eſt Deus aperiens omnia, potentiſſimus, firmiſſimus.*

### In Nomine Dei miſericordis ſemper miſerentis.

CAuſą exarationis iſtius inſtrumenti veritate præcellentis, & neceſſitas iſtius ſcripti realiter inſigniti, eſt, nempe : Præcomitante clementia, & præcedente ſapientia infinita Divinæ Maieſtatis incorruptibilis Dominatoris univerſi, & donorum & gratiarum diſtributoris Domini, cujus gloria extollatur, & imperium grande cat, de præſenti eximiorum Regum maximi, & elevatorum Dominatorum clariſſimi, binarum terrarum bi-

norum-

norumqve marium Soltani, servi duorum sacrariorum, Augustissimi, Potentissimi, Amplissimi Imperatoris, refugij Mussulmanici, Mechmet Regis; qvem stabiliat Deus in Throno Iustitiæ & clementiæ, cujusqve Imperium producat usqve in diem lancis, pariter felicissimos Prædecessores eiusdem inter: & gloriosissimum inter Magnos Christianos Principes, & Prælectissmum inter eximios Christianos Magnates Directorem altorum negotiorum, Christianarum Rerumpubl: AVGVSTVM II. Regem Poloniarum, & Lithvaniæ & Russiæ, ac Dominatorem spectantium ad hæc Regna Provinciarum, cujus fines salute & rectitudine coronentur, & Antecessores eiusdem, & Polonam Rempublicam ab intercedente malevolentia, & inimicitia & bello; cum subditi calamitatibus involuti sint, ut antiqva Pax stabiliatur, & conditiones veteris amicitiæ & vicinitatis reviviscant; Mediatione & ad conciliationem interpositione, & insinuatione atqve conditione, gloriosissimorum inter & Magnos Christianos Principes refugiorum, eximiorum Magnatum Christianæ Gentis, Directorum altorum negotiorum Christianarum Rerumpbl: Magnæ Britanniæ, Hyberniæ, & Irlandiæ Regis Vilhelmi III. & Celsorum, Præpotentium Dominorum Ordinum Generalium fœderati Belgij, qvorum fines salute & æqvitate coronentur, ex commiseratione subditorum servorum Dei, præstita fuerit propensio & inclinatio ad Tractatus Pacis in Syrmiensi regione, ad confinia siti Carlevicij, cum ab altè memorato Rege & Republica Deputato ac misso ad Tractatus Pacis & Conclusionem Pactorum, summaqve auctoritate instructo Domino Posnaniæ Palatino, & Gubernatore Krzeczoviæ Illustrissimo & Excellentissimo inter Christianos Magnates Comite Stanislao in Mosczcenica, Rękoray & Końskie Małachowski, Plenipotentiario & Commissario, Barone, & Extraordinario Legato facto congressu Illustr: & Excellent: inter Christianos Magnates Britannici Regis extraordinario Legato Vilhelmo D. Pagett de Beaudesert, ejusq; Comitatûs Regis locũ tenentis, & Celsorũ, Præpotentiũ DD. Ordinũ Generaliũ fœderati Belgij Legato, D. Iacobo Colliger, exeqventibus, & perfectè Mediatorij muneris conditiones, & peregregia officia explentibus, atqve iuxta consvetum ab antiqvo morem, mutatis per manus eorumdem Plenipotentijs: atqve consideratis, vi authoritatis, & deputationis Nostræ ex imperatorio mandato institutis Tractatibus, de negotijs Pacis, favente Deo, qvo congruo consensu inter Nos stabilita sunt Puncta, hæccine sunt, qvæ numerantur.

 ARTI-

## ARTICVLVS Primus.

CVm excelſo perpetuitati ſubnixo Imperio multo abhinc tē-pore, intercedente ope & favore Dei altiſſimi, ſublata hoſtilitate, conciliationi & bonæ vicinitati congrua, cum ſinceritate antiqvà, amicitia iterum coaleſcente, ut hoſtilitates utrinqve amoveantur, & ſubditi priſtina ſecuritate, qviete, ac tranqvillitate fruantur, ante ultima duo bella conſtituti veteres limites reſtituantur, ac ſtabiliantur, & confinia Provinciarum ſubditarum Poloniæ, à confinijs imperialibus, tum Moldaviæ, tum aliorum Diſtrictuum ſubjectorum excelſo Imperio antiqvis limitibus ſeparentur, ac diſtingvantur, neve utrinqve aut prætenſio aut extenſio deinceps fiat, ſed limites antiqvi, ſine mutatione & perturbatione, tanqvam ſacri religioſè obſerventur atqve colantur.

## ARTICVLVS Secundus.

QVæcunqve ſive munimenta, ſive loca, vel maiora vel minora intra veteres Moldaviæ limites, ante penultimū bellum exiſtentes ſita, atqve hucuſqve detenta ſunt à Polonis, eductis, atqve extractis inde Polonicis militijs evacuentur, & Moldaviæ Provincia maneat ex integro libera, ante poſtremū bellum in qvo erat, pacifico ſtatu ſit.

## ARTICVLVS Tertius.

INtra veteres qvoqve ante poſtrema duo bella verſùs Poloniā, Limites, ſitum Cameneci fortalitium, eductis inde Muſſulmanicis militijs evacuetur, & integrum relinqvatur, & Podoliæ, atqve Vkrainæ Provinciarum, nulla deinceps ab excelſo Imperio fiat prætenſio, & Vkrainæ Koſacorum Hetmani Nomine ſubſtitutus, qvi modo in Moldavia reſidet Hetmanus amoveatur. Cumqve limites antiqvi Poloniæ, & Moldaviæ manifeſti ſint, ſi commodum fuerit tempus ab initio futuri Martij inchoetur evacuatio, & qvàm citiùs poterit fieri; qvàm primùm Polonica Militia è Moldavia educatur, & munimenta & loca illius evacuentur, & Moldavia maneat libera. Simulqve ab initio Martij Camenecenſis fortalitij evacuatio inchoetur, atqve evacuationis negotium, ubi priùs perfici poterit, ſine hæſitatione ac ſine tarditate, ac negligentia in executionem deducatur; & Camenecenſis fortalitij evacuatio ad

ſummum

ſummum uſqve in decimam qvintam Maij ad finem perducatur: & qvò cum facilitate dicti fortalitij fiat evacuatio, ad onera imponenda & transvehenda, qvoad fieri poterit, curribus & iumentis Poloni tranſportationem coadiuvent, & ubiqve evacuationis negotium cum ſecuritate & ſalva re peragatur, in qvibus evacuationibus fortalitiorum & aliorum locorum, qvoqvo pacto munitorum, è ſubditis qvicunqve voluntariè exire velint, cum propriis rebus & ſupellectili exeant tutò & ſecurè, & qvicunqve remanere velint, item tutò maneant, & utrinqve nullatenus impediantur. Et cùm evacuatio fortalitiorum & locorum utrinqve à principio Martii Menſis inchoari debeat, inſtantiam de tormentorum Cameneci relictione, ſcilicet ex propriis atqve ibi repertis, Ablegatus Polonus qvamprimum ad Fulgidam portam expediendus, afferat ad ſolium Imperatoris.

## ARTICVLVS Qvartus.

NEmo ſubditorum excelſi Imperii, cuiuscunqve conditionis, præſertim verò Tartari, cuiuscunqve Gentis, ſub cuiusvis prætenſionis & controverſiæ prætextu, in ſubditos Regis & Reipublicæ Poloniarum, & in limites eorum hoſtilitates exercere, excurſiones agere, captivos rapere, pecora abigere, aut qvidqvid damni inferre, neve eos offendere poſſint, expreſſis regiis edictis comittatur & demandetur, Veſirijs, Beglerbeis & feliciſſimo Crimenſi Hano, Cavelgaio & Noradino, & reliqvis Soltanis ac Woiewodæ Moldaviæ, ut adhibitâ maximâ ſedulitate obſervent, & conſervent confiniorum pacificam tranqvillitatem & conciliationem atqve qvietem, neve aut in captivationibus, aut pecorum abactionibus, aut qvacunqve alia ratione, damnis, moleſtijs afficiant Poloniæ ſubditos, & ſeveriſſimè inqvirant in Perturbatores & transgreſſores conditionū Pacis, atqve habitâ notitiâ, ad exemplū aliorum in illos animadvertant, & rapta adinventa propriis dominis reſtituantur; & ſi qvi hac de re negligenter ac oſcitanter agant, ſive amiſſione officiorum, ſive privatione vitæ, prout ex Divinis Legibus convenerit, iuſtè puniantur, pariterq; Poloni has conditiones omnino obſervent atqve colant, & nemo in oppoſitum qvidqvid audeat.

## ARTICVLVS Qvintus.

CVm regnum Poloniæ ab antiqvo ſit liberrimum, ab Excelſo Im-

celſo Imperio aut ſubiectis eidem Gentibus, qvaliscunqve conditionis, prætenſionis, aut expoſtulationis prætextu, nulla penitus hoſtilitate perturbetur: & concluſæ iſtius almæ pacis Pactorum vi, ad tales prætenſiones neqvaqvam adſtringatur,

### ARTICVLVS Sextus.

TEmpore iſtius belli, Budziacenſes & alii Tartari, è propriis locis exeuntes, atqve in terras Moldavorum ingreſſi, hoſtilitates & offenſiones hac occaſione in Moldavos & Moldaviam exercent, qvod cûm ſit contrarium ſacris capitulationibus, ante hac conceſſis Regibus Poloniæ, atqve proinde ceſſare ac ſuſtolli debeat, à qvibusqve locis & poſſeſſionibus, & prædiis hyemalibus in Moldavia, aut occupatis, aut de novo extructis Tartari amoveantur, & nativis propriis locis habitent, atqve pacificè vivant, & nullas in poſterum offenſiones faciant.

### ARTICVLVS Septimus.

REligioſi Chriſtiani Romano-Catholici, juxta conceſsa ab Excelſo Imperio edicta, ubicunqve Eccleſias ſuas habent, cōſvetas ſuas functiones ſine impedimento exerceant, & pacificè vivant, ut ulteriùs ſibi commiſſas inſtantias de religione, Extraordinarius ad fulgidam Portam Magnus Legatus, ad Imperatorium ſolium exponat.

### ARTICVLVS Octavus

CVm res mercatoria è fructibus Pacis exiſtat, atqve Provincias in meliorem conditionem reducat, meliori forma & ordine redacta, utriuſqve dominij Mercatores, inpoſterum non per occulta loca meantes, ſed per loca tranſitui opportuna, ultro citroqve euntes & redeuntes, poſtqvam ſolverint, iuxta conſvetum ab antiqvo, telonium rerum exportatarum, atqve portatarum, novis exactionibus & expoſtulationibus ne moleſtentur. Neve ex numerata pecunia telonium exigatur, & qvicunqꝫ nativi ſubditi Poloniarum & Lithvaniæ & aliarū ſubiectarum iiſdem nationum ad mercimonia agenda venientes, & nullum damnum inferentes, prædicta ratione mercaturam, & coemptionem & venditionem ſicuti in antecedentibus ſacris capitulationibus etiā declaratur exactione tributi dicti Haracz & aliis inordinatis exactionibus ne moleſtentur. Verùmenimverò ſi

qvi reli-

qvi relictis ſuis regionibus in Imperii Regnis ſedem figant, &ſi qvi alii exteriores ſe ſe Polonis immiſceant, tales nè poſſint eſſe detrimento Reipublicæ. Mercatorum Polonorum redeuntium ex armis, & eqvis & iumentis & captivis, qvi liberationis ſuæ inſtrumentum legitimum habentes, in patriam redire voluerint, nihil exigatur, & nè qviſpiam impedimento ſit taliter abeuntibus captivis; verùm ſub iſto prætextu ſine facultate nemini liceat vetita abducere : præterea opibus & tebus Mercatorum utriuſqve dominii, qvibus in aliis Regionibus mori contingat, publici confiſcatores & partitores ne ab utralibet parte ſeſe immiſceant, ſed inter Mercatores, cui fides adhibetur, tradantur, & iuxta catalogum depoſitionis, hæredibus tradat. Si qvis autem caſus acciderit inter Mercrtores, inter ipſos Præpoſiti deciſione definiatur; ipſe verò, qvibus debet, rationem reddat. Ad debitum, ſive ſcripto, ſive inſtrumento iudiciario non affirmatum, ſolvendum, contra divinas leges nemo compellatur, neve teſtimoniis ſolis conductitiis lites debitorum & ſponſionum dicantur & audiantur : inſtrumentis ſcilicet legitimis & ſcriptis, & ante extraditis, ſacris mandatis perlectis atqve conſideratis iuſtæ ac debitæ cauſæ decidantur, atqve in ſimilibus cauſis contenta & ſtatuta, in ſacris capitulationibus, ut aliis confœderatis Nationibus conceſſa, in Polonos etiam Mercatores extendantur, & ulteriùs ſpeciatim Polonis antehac conceſſorũ, & in manibus eorundem ſervatorum ſacrorum edictorum ſenſus qvoqve colatur & obſervetur.

## ARTICVLVS Nonus.

CAptivi tempore belli abacti, pretiis illorum iuxta leges comprobatis, aut datis iuramentis in manifeſtum productis atq; ſolutis, iuxta antecedentium capitulationum, hac de re declarationem, eliberentur. Si verò tales captivi multo tempore ſervierint, ex diſcretione pretia emptionum cùm imminui debeant, ſi honeſto & mediocri pretio cum domino captivi conveniri non poterit, Iudices locorum legitimè procedentes, tales differentias componant. Si aliqva occaſione poſt concluſionem Pacis ex regionibus Polonicis captivi rapiantur, ſine pretio dimittantur : & in Regnis Excelſi Imperii & inter Tartaros etiam ad eliberandos Polonos captivos circumeuntes homines, qvandocunqve pacificè res ſuas agent, prætextu operæ eliberationi captivorum navatæ, aut alia ratione, ne utiqvam

offendantur, qvinimo offendentes & detrimentum inferentes puniantur. Captivi in publicis carceribus detenti, permutatione utrinqve in libertatem asserantur. Magnus verò Poloniarum Legatus de captivis suis instantias ad solium imperiale afferre poterit.

## ARTICVLVS Decimus

QVandocunqve Rex Poloniæ in stabilita cum Excelso Imperio pace firmiter permanebit, sicuti in antecedentibus capitulationibus declaratur, Moldaviæ Woiewoda, etiam ea ratione, qva ab antiqvo cum Rege Poloniarum sincerè se se præstitit, rursus consveta ratione sincerè tractet. Cæterùm, instar aliorum subditorum Excelsi Imperii, uti priùs, pacati sint: & è Moldaviæ atqve Valachiæ Provinciis si qvi transfugerint, ne recipiantur; si qvi aliâ methodo in Poloniæ Dominium irrepserint, ac postea Provinciam suam perturbare, ac corrumpere deprehensi fuerint, similes homines qvando perqvirentur, reddantur, & conditio ista, cùm in antecedentibus Capitulationibus clarè ac manifestè posita sit, observetur. Pariter ex subditis Polonis, sive Poloni illi sint, sive Kozaci, cuiuscunqve nationis exstiterint, qvando perturbationem afferent, hinc etiam neqve recipiantur, neqve protegantur, sed retrò reddantur; & universi, qvicunq; turbare volverint Pacem atqve amicitiam, haccine ratione utrinqve conclusam, ex merito puniantur.

## ARTICVLVS Vndecimus.

QVæcunq; conditiones & Clausulæ, in antecedentibus Capitulationibus descriptæ atqve contentæ, nullatenus adversantur de recenti conclusis Pactis, neve oppositæ sint liberis & perpetuis iuribus utriusq; dominii, deinceps etiam colantur & observentur; qvæ verò contrariæ sunt, cassentur & annihilentur, favente & annuente Deo Altissimo: qvæ utrinqve declaratis & exaratis articulis, perfectiori & exactiori ratione conclusa Pax & conciliatio inter Maiestatem Augustissimi, Maximi, & Potentissimi Imperatoris, refugii Orbis Terrarum, Domini Nostri, & Hœredes eiusdem, & Gloriosissimum inter Magnos Christianos Principes, Prælectissimum inter eximios Christianos Dominatores, altè memoratum Poloniarum Regem & successores eius & Polonam Rempublicam, ex voluntate & clementia Dei, perpetua, stabilis, firma & inconcussa permaneat, & conservata atqve

atqve cuſtodita ſit, ab omni mutatione, & turbatione, & confuſione, violatione: & uno eodemq; tempore firmiſſimè perſeveret & conſtantiſſimè continuet. Et ut omnes omnino hoſtilitates amoveantur, atqve ſuſtollantur, qvàm citiſſimè notitia præbeatur in confiniis Præſidentibus, Præfectis, & Gubernatoribus, ut ſibi caveant, ne inpoſterum transgreſſiones fiant, nevè altera pars alteri damna inferat; verùmenimvero omnes ſincerè & amicè ſeſe præſtent, iuxta iſtam almam Pacem. Vt autem omnibus cognita & comperta ſit iſtius almæ Pacis concluſio, triginta dies pro termino ponantur; poſtqvem nullus prætextus, nullaqve excuſatio acceptabitur; ſed in eos, qvi adverſabuntur edictis editis, exactè obedientiam merentibus, ſeveriſſimè animadvertatur. Poſt ſubſcriptionem autem Inſtrumentorum utriusq; partis, Ablegatus priùs à Polonia miſſus, & ad fulgidam Portam veniens, iuxta antiqvam conſvetudinem afferat Regias publicas literas, ratificationem Pactorum Inſtrumentis declaratorum continentes, atqve literas Imperatorias ratificatorias, iterum accipiat atqve deducat: poſtea verò ad ſolennem confirmationem pactorum Pacis, & perfectionem reciprocæ ſinceritatis, & abſolutam terminationem mutuæ amicitiæ, & diſpoſitionem ac digeſtionem reliqvarum rerum, iuxta laudatum veterem morem, adventurus Magnus Legatus, qvamprimum commodè fieri poterit, moveat: ac proinde undecim numero Pactis conclusa, iuxta iſtas concluſiones alma Pax, ab utraqve parte acceptetur atqve colatur. Cùm altè memoratorum Regis Poloniarum, & Reipublicæ Plenipotentiarius & Commiſſarius exiſtens Legatus, vi ſuæ facultatis & authoritatis, Latino ſermone exaratum legitimum & validum Inſtrumentum tradiderit: Nos qvoqve vi facultatis, & deputationis Noſtræ, proprijs manibus & Sigillis ſubſcriptas, & Sigillatas à Nobis Pactorum literas, tanqvam legitimum & validum Inſtrumentum tradidimus. Deus favens eſt æqvitati. Datum in congreſſu Generali, ad confinia Syrmij, Carlovicij, die 26. Ianuarij. Anno Domini 1699.

*Arenga, cum qva Tractatus Poloniarum in manus Turcarum redditus. Puncta autem in utroqve, tam Turcis, qvàm Polonis tradito Originali, ſunt eadam.*

## Inſtrumentum Pacis, inter Sereniſſimum & Potentiſſimum Regem & Rempublicam Poloniarum, & Excelſum Otthomanicum Imperium, ad Carlowicz in Syrmio, in Congreſſu Generali Confœderatorum Plenipotentiariorum confectæ.

# In Nomine Sanctiſſimæ & Individuæ Trinitatis.

AD perpetuam rei memoriám, omnibus & ſingulis, qvorum intereſt, notum ſit. Qvandoqvidem inter Regnum Polonicum, & Excelſum Imperium intercedens diuturnum diſſidium, Sereniſſimo & Potentiſſimo Magnæ Britanniæ, & Franciæ & Hyberniæ Rege Vilhelmo Tertio, & Celſis & Præpotentibus Dominis Generalibus Fœderati Belgij Ordinibus, ſiſtendi humani ſangvinis, & reducendæ reciproeæ qvietis deſiderio, ad procurandos huiuſce almæ Pacis Tractatus, mediationem ſuam interponentibus, atqve officia & conditiones ejuſdem mediationis diligenti opera & ſtudio explentibus Excellentiſſimis Dominis, ad fulgidam Portam Legatis Plenipotentiarijs, Vilhelmo Domino Pagett Barone de Beaudeſert, in Comitatu Staforidienſi, ejuſq; Comitatûs Regis locum tenentis, ex parte Majeſtatis Britannicæ; & Domino Iacobo Colliger, ex parte Celſorum, & Præpotentium DD. Generalium Fœderati Belgij Ordinum : favente Deo, reciproca utrinq; inclinatione atq; propenſione, ſopiri & penitus extingvi placuerit : atq; Carlovicij ad confinia Syrmij, ubi congreſſus Legatorum Plenipotentiariorum & inclytæ mediationis diſpoſitione inſtitutus fuerat, initis Tractatibus de Pacis articulis, cum Illuſtriſſimo & Excellentiſſimo Domino Mechmet Efendi Magno Cancellario Excelſi Imperii, & Excellentiſſimo ac Illuſtriſſimo Domino Alexandro Maurocordato de nobili ſtirpe Scarlati ab intimis ſecretis, eiuſdem Excelſi Imperii ad Tractandam Pacem Legatis Plenipotentiariis, poſt

aliqvot

aliqvot ſeſſiones, tandem annuente divinâ clementiâ negotium hoc almæ Pacis feliciter in mutuas Leges coaluerit. Itaq; integerrima iterum amicitia & Pax inter Sereniſſimum & Potẽtiſſimum Muſſulmanorum Imperatorem Soltanum, Filium Soltani Mechmetis, Soltanum Muſtafa, & Sereniſſimum ac Potentiſſimum Regem AVGVSTVM II. & Rempublicam Poloniarum; ſuper undecem mutuo conſenſu compoſitis hiſce articulis, perpetuè, religioſè inter utrumq; dominium obſervanda perfecta, concluſa, reſtituta, & renovata eſt, qvi articuli ſubinde ſingillatim deſcribantur. Concluſio utriuſq; Tractatûs eſt eadẽ, in nonnullis tamen diſconvenit, qvia in Turcico originali poſita ſunt aliqva in plurali numero ideo, qvia duo erant Legati, in Polonico verò ideo, qvia unus fuerat Legatus, poſita ſunt in ſingulari.

*Po ſkończonym Tráktaćie*, moleſtiis fracto non defuit labor: *bo* ſagacitas *IchMośćiow Pánow Posłow Ceſárſkich* ſemper in peius rebus Noſtris omni conatu *uśiłowáłá, áby* Inſtrumentum Pacis *wprzod, niż inśi* Fœderati, *podpiſał IegoMość Pán Woiewodá, ktory* tandem ex ſuprema potentiarum preſſura *ná ſwoię dobywßy ſię ſwobodę, deklárował IchMośćiom, iż dotąd słuchałem, pokim muśiał, teraz ieſtem* meæ poteſtatis. *Iákośćie Prym dawáli we wßytkim Posłowi Moſkiewſkiemu, ták* & in hoc occurrenti. *Ia záś* ſecundùm Pacta *między Pánem moim y Rzecząpoſpolitą Polſką, á Cárem Moſkiewſkim*, conſtituta, *ſpráwićiem ſię powinien. Poſeł Moſkiewſki poprzedźiwßy ták* cum concluſione armiſtitii, *nirzápátruiąc ſie ná náße iákiekolwiek Tráktátow początki*, in contrarium Pactorum, *iáko też* cum ſignatione Inſtrumenti, die 23. Ianuar. *podpiſał ſwoy Tráktat. O czym iáko prędko IegoMośći Pánu Woiewodźie wiedźieć ſię doſtáło, wypráwił mnie do niego* cum ſolenni manifeſtatione, *że áni z záczynániem* armiſtitij *oglądał ſię ná Intereſſá Polſkie, áni czekáiąc terminu náznáczonego* ad ſignationem Inſtrumentorum ( *kędy to był* campus *pokazánia* Confœderatorum Chriſtianorum unionis, potentiæ, & amicitiæ ) *pierwßy pospießył, máiąc ießcze zá ſobą* res inconcluſas *Rzeczypoſpolitey Weneckiey*, & noſtras; *czym z konfundowány żadnego nie dał reſponſu. IegoMość Pán Woiewodá* die 26. Ianuar. acceſſit *ßczęśliwie z IchMośćiámi Pány Posłámi Ceſárſkiemi do podpiſánia* Inſtrumentorum in eam methodum. *Iácháli wźiąwßy między ſie do kárety IegoMośći Paná Woiewodę* cum comitatu *Káwáleryi* Gentiũ Chriſtianarum, *tá* præceſſerat. *Zá káretámi Ráytaryi dwá Regimenty*, circa domum congreſſûs *záſtáli w páraćie dwá Regimenty Pie-*


*chot ktore przed niemi ordynowáne były. Ci ludźie wßyſcy ták konni iáko y pießy ſtáneli w páráćie*, *á Káwálerowie* præcedendo *wyśiadáiących z kárety wprowádźili. Tureccy Posłowie* in ſimili aſſiſtentia *iázdy y Iánczárow* ad eundem *przybyli* congreſſum; *á ták zábrawßy zwyczáyne mieyſcá ſwoie, czytáć* Inſtrumenta *porządkiem roſkazáli. Po przeczytániu tych, naypierwey Medyátorowie* tradiderūt unicuiq; proprium cum ſolenni congratulatione. *Ciż IchMość Panowie* Plenipotentiarii *odebráne od IchMośćiow Pánow Medyátorow, wraz piorá wźiąwßy, podpiſáli, przypieczętowáli : á potym kazawßy otworzyć ná cztery ſtrony drzwi*, apertas tubas, *przy zgromádzeniu* univerſalis ferme totius Orbis provinciarum populi *znależytym komplementem* mutuò *ſtroná ſtronie Inſtrumentá oddáli. Po tych oddánych przepraßáli ſię* Nomine *Monarchow ſwoich, ſciſkáiąc ſię po trzykroć rázy y cáłuiąc : IchMośćiom PP. Medyátorom* pro cura & ſollicitudine *wßyſcy* Plenipotentiarii *dźiękowáli, ludźiom w páráćie będącym z ręczney ſtrzelby*, deſignando *pożądány Pokoy po trzykroć rázy wyſtrzelić kazáno, tyleß y z armat.* Et hic perfecti operis terminus hæret, & bene apud memores veteris ſtet gloria facti.



36000
36000
36000
36000 1000
80000
1000
1440000

168
164
332
332

800000
400000
200000


DE A
BIBLIOTHEQUE
DE MR. LE PR.
ALEXANDRE
LUBOMIRSKI